

18
15

H. H. G. S.


1. 2. 3.



Dr. Hing. 04/15

1253

108





Q 206,1

ELVCIDARIVS 2
POETICVS

CONTINENS HISTORIAS
POETICAS, FABULAS, INSU-
las, regiones, vrbes, fluuios, montesq;
insigniores, atque huius-
modi alia,

OMNIBVS ADOLESCEN-
tibus in Poësi versantibus oppi-
dò quàm necessarius.

Collectore Hermanno Torrentino.



BASILEÆ,
Sumptib. & typis LVDOVICI KÖNIG.

MDCXX.





HERMANNVS TOR-
RENTINVS

Lectori S. D.



VM permulta quotidie in lucem pro-
deant elegancia carmina à doctissimis
ingeniis elucubrata, in quibus tamen
aliquæ semper difficultates sunt, quæ
rudem maximè lectorem teneant irre-
titum, sæpe rogatus sum à plerisque studiosis, vt in
hoc aut illud poema commentariolum scriberem.
Quorum precibus semel atque iterum (quæ mea fa-
cilitas, ne dicã temeritas est) vt potui satisfeci. Tan-
dem verò animaduertēs in diuersis & multis libris,
vnum atque idem sæpius explanandum occurrere,
operæpretium duxi fore, si in vnum libellum redi-
gerentur ea vocabula, quibus poëtæ frequentius v-
tuntur. Hoc est fabulosorum deorum, illustriū ho-
minum, prouinciarum, insularum, urbium, fluuior-
um, fontium, & montium nomina. Item patrony-
mica quæ magnam sæpe nubem legentib. obiiciunt.
Hic igitur multas poëticas fabulas, multas etiã pri-
scas historias quãta potuimus, breuitate, per ordinē
alphabeti collegimus, studiosis lectoribus, quib. ali-
unde non est adiumentū, prodesse cupientes. Quod
opusculum nostrum non in poësi tantū, sed in histo-
riis etiam sanctorū perutile futurū existimamus, cū
hic veluti in speculo videre liceat, vbi terrarū sint ea
locã, in quib. sancti homines aut vixerunt, aut mor-

AD LECTOREM.

Quæ omnia vt facilius inuenias, amice lector scito, quod orthographiam secuti, multa nomina quæ initio sonant e, scripsimus per æ vel œ, vt Ægyptus, œbalia: Multa etiam quæ sonant f, scripta sunt per Ph. vt Phægeton, Phaeton, quod aliqui scribunt inale phœton vel phæton. Debes ergo diligenter quod scire vis quærere, nec vno tantum loco, sed pluribus, quia forsan inter aspirata cõperies, quod alibi quæreras. Vt autem huius opusculo fides habeatur, nouerint qui legent, id ex multis & probatis autorib. esse collectum, videlicet ex Salustio, Liuiio, Strabone, Plinio, Iustino, Vergilio, Nasone, Perotto, Tortellio, à quo tamen interdum grauiori fretus authoritate desciiui. Ex variis etiam poëtarum interpretibus aliqua sumpsimus, & ex Græco item vocabulario Iohannis Castroni carmelitæ, quod λέξιων ἠγὸς ἐν Ζείων inscribitur. Porro nemo culpet quod fabulas scripsimus, quæ etiam in sacris quandoque sunt necessaria cognitu, quod idem demum fatebitur, qui diuinus Augustini, diuique Hieronymi scripta perlegit. Verum à pluribus est iam pridem accuratè defensa causa poëseos, nec tamen vnquam defuturus est nequissimus zoilus, omnium eorum, qui de litteris bene mereri student, impudentissimus calumniator. Chalcographorum si qua erunt errata, mihi quæso non imputentur: Vale lector, & Torrentinum vt studiosum mutuo amore prosequere.

DE

I
DE LITERA A.



Abas rex duodecimus Argiuorum,
pater Piceti Acrisij, & auus Perei.
Qui omnes ab ipso appellatur Aban-
tiada. Abas alius fuit Troianus no-
bilis, & comes Æneæ, & facit geniti-
uum abantis. Abantis insula, quæ etiã
Euboea dicitur, abantes, populus Eubœæ insulæ.

Abatos media curia, insula in finibus Ægypti cir-
ca Memphim, circumdata stygia palude. In qua in-
sula sepultus fuit Osiris rex, de quo infra.

Abdera e longa, vrbs Thraciæ, alio nomine post
dicta Clazomene. Inde abderides, scilicet aliquis
de abdera.

Abydus y lōga, fuit vrbs Asiæ ad Hellespontū sita,
patria Leãdri, de quo infra Abydeus vel Abydenus.

Abyla est altus mons Mauritanix ad mare, quod
Africam separat ab Europa.

Abile verò oppositus est mons Calpe in Hispania,
& hi montes vocantur columnæ Herculis.

Aborigenes erant antiquissima gens per Italiam
sparsa, qui tandem cum Troianis Romam condide-
runt, vt ait Salustius.

Absyrtus filius Oetæ regis Colchorum, alio no-
mine Ægialeus, quem soror eius Medea sequens Ia-
sonem lacerauit, vt sic retardaret patrem, volentem
eam retrahere à fuga, vnde locus ille dictus est to-
mos, id est incisio.

Academia fuit locus nemorosus mille passib. di-
stans ab ahenis, & ab academo quodam heroe de-
nominatus. In hoc loco fuit villa vbi Plato natus &

philosophatus est. Vnde Academici Philosophi dicti sunt qui Platonem sequebantur. Erant etiam noui academici qui nihil affirmabant, & nihil sciri posse asseriebant. Item Academia fuit etiam villa M. Tull. in Campania iuxta Puteolos.

Acaron vrbs Palæstinæ in Iudæa.

Achaia est ampla regio Græciæ & penè insula. Nam Ægeo & Ionio mari cingitur, præter exiguam partem. In vno fine quo duo maria prædicta conueniunt, sita fuit Corinthus, vrbs olim ditissima. Eadem regio etiam dicta est Peloponnesus & Danaa, nunc vulgo Morea vocatur.

Achæus & Achius est aliquis de Achaia.

Achæmenes, penultima breuiata, fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes descenderunt vsque ad Darium, & vocati sunt Achemænida.

Achæmenius, id est Persicus vel Parthicus. Luc. Passus Achæmeniis longe decurrere campis, ab Achæmene rege.

Acanthus fuit puer regius conuersus in arborem. Est enim spina Ægyptia semper frondens.

Acarmania est regio, & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia separat. Hinc Acarnanus, id est aliquis de illa prouincia.

Achates fluuius Siciliæ, & lapis apud illum fluuium primò repertus. Item secundum Verg. fuit comes Æneæ.

Acestes rex Siciliæ, filius Crimnisij fluminis, & Segestæ Troianæ.

Achelous filius Oceani & Tethylos, cum Hercule duello certauit pro Deianira filia Oeni regis Calidonis.

donia. Sed videns Herculem fortiozem, se vertit
 primo in serpentem, deinde in taurum, cui Hercules
 amputavit cornu, quod copia comiti fortunæ datū
 est. Tunc victus Achelous, se occultavit in fluvio,
 qui ab eo denominatus est. Nam reuera Achelous
 est fluuius Græciæ qui oritur in monte Pindo, & Ae-
 toliam ab Acarnania diuidens, tandem in Malia-
 cum mare descendit.

Acheron dicitur à poëtis fluuius inferorum, qua-
 si sine gaudio. Item secundum Plin. est fluuius Luca-
 niæ. Seruius autem scribit esse locum in Campania
 montibus septum, vbi necromantia exercebatur.

Acherusia palus iuxta Cumas oriens ex Acheronte.
 Itē lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo lacu profluit
 annis Acheron, qui in Ambratium sinum defertur.

Acidalia dicitur Venus, ab Acidalio fonte Bœo-
 tiæ, qui sacratus fuit Gratiis & Veneri.

Acontius iuuenis ex insula Cæa profectus in De-
 lum ad sacra Dianæ, exarsit in amorem Cydippes
 puellæ nobilis, vnde nouam fraudem commentus
 scripsit in pomo hos versus: Iuro tibi sanè per my-
 stica sacra Dianæ. Me tibi venturam comitem spon-
 samque futuram. Hoc pomum Acontius iecit in si-
 num Cydrippes. Quæ versus legens iuravit impru-
 dens, & illi nubere etiam morbo coacta est.

Achilles vel Achilleus heros Græcorū fortissimus
 filius Pelei regis Thessaliæ Thetidis filia Chironis,
 occisus tandem fraudulenter à Paride apud Troiam
 in tēplo Apollinis, quo venerat sub induciis vt du-
 ceret Polixenā filiā Priami. Fuit autē inuulnerabi-
 lis præterquā in parte pedis: qua Thetis eum puerū



tenuit, dum eius rei gratia ipsum aqua stygia immerfit, sepultus fuit in Sygeo promontorio Troiæ.

Acmonides vnus Cyclopum, vide Brontes.

Acrisius rex Argiuorum filius Abantis, qui cum haberet vnicam filiam nomine Danae, & audisset ab oraculo, quòd à nepote suo esset occidendus, filiam in turri conclusit, ne filius ex ea nasceretur, vide infra Danae. Alius fuit Acrisius auus Vlyffis.

Acroceraunia sunt excelsi montes Epiri, diuidentes Ionium mare ab Adriatico. alij sunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam, dicti à fulminibus, quibus impetuntur. Nam acros mons vel summitus, ceraunos fulmen.

Acrocorinthus est altus mons inter Ægeum & Ionium mare, sub cuius radice est vrbs Corinthus.

Acron fuit Ceninensium rex in Italia, quem Romulus singulari certamine vicit & occidit, & eius arma Ioui Feretrio vt opima spolia dedicauit.

~~Actæon Aristri filius ex Autonoe filia Cadmi, cum post venationem petisset secretum fluuium, vidit ibi Dianam se nudam lauante, quæ indignata mutauit eum in ceruum, & cum domum redire vellet, laceratus est à canibus suis. Ouidius: Inscius Actæon vidit sine veste Dianam: Præda suis canibus non minus ille fuit.~~

Actium oppidum Epiri, & promontoriū ad mare, vbi Augustus Antonium vicit nauali prælio.

Actorides, id est Patroclus, nepos Actoris.

Adiabena regio orientalis prope Assyriam.

Admeus eproducta, fuit rex Thessaliæ, cuius ar-
menta

menta nouem annis paut Apollo.

Adonus o producta filius Cynaræ regis ex Myrrha filia. Qui cum formosus esset, amabatur à Venere. Tandem à capro necatus est, cui & annua lugendi festa sunt instituta, & cruor in florem mutatus fabulatur. Templum habuit Adonis in Biblio vrbe Phœnicia, vbi pater eius regnauerat. Idem Adonis dicitur fluuius prope Biblum urbem.

Adraustus rex argiuorum, qui Thebanis bellum mouit pro Polynice genero suo.

Adria fuit vrbs Italiae ad mare, quod ab ea vocatur Adriaticum vel adriacum. Ponitur etiam Adria pro ipso mari.

Sequentia scribuntur per æ diphthiongum.

Æas fluuius Epiri ex Macedonia profluens in Ionium mare. Lucanus: Purus in occasum parui sed gurgitis Æas.

Æacus Iouis filius ex Ægina qui regnauit in insula Enopia, quam ipse vocauit à nomine suæ matris Æginam, hic dicitur esse iudex inferorum cum Rhadamanto & Minoe. Ouid. Tuasque Æacus in pœnas ingeniosus erit.

Æacides, id est, Achilles Æaci nepos. Nam Æaci filius fuit Peleus pater Achillis.

Aedon mons Thracia. Inde Aedonus possessiuum Vergil. Ac velut Aedoni boreæ cum spiritus alto, &c.

Ædonis dicitur mulier è Thracia.

Aedon per tres syllabas, est Philomela.

Æta vel Æetes, rex Colchorum, pater Medæ. Stat. Non tulit Æetes ferroq; & classe secutus. Inde Æe-

tias patronymicum, id est, Medea filia Æteæ.

Æa vrbs Colchorum ad Pasim fluuium.

Aegeus rex Athenarum pater Thesei, qui ob dolorem quem de falsa filij morte habebat, se deiecit in mare, quod ab ipso vocatur Aegeum.

Aegeum mare est, & prope Græciam amplum & multas habens insulas: dictum ab Aegæo rege, vel, à quodā in eo saxo quod habet speciem Aegæos, id est capræ. Est autem inter Hellespontum & Tenedum.

Aegæon fuit gigas, Titani & Terræ filius, qui & Briareus dicitur. Quem Ioui rebellantem Neptunus ligauit ad scopulos Aegæi maris. Stat. Audierat durostaxantem Aegeona nexu. Verg. Aegæon qualis centum cui brachia dicunt, Centena que manus quinquaginta oribus ignem.

Aegina filia Asapi regis Bœotix, quam Iupiter in specie ignis grauidauit, & ex ea genuit Aeacum & Rhadamanthum. Est etiam insula in qua regnauit Aeacus quæ prius Enopie dicebatur, sed vt aiunt, Ouidius: Aeacus Aegina genitricis nomine dixit.

Aegeria fuit nympa nemoris Aricini, & vxor Numæ regis, quo mortuo, ipsa præ fletu versa est in fontem, vt fabulatur Ouid. Metamor.

Aegyptus est regio Africæ, quæ ab oriente iungitur Assyriæ & rubro mari, ab occidente Cyrenem habet, à meridie Æthiopiam, à septentrione mare Aegyptium, Plinius tamen Aegyptum ponit in Asia, sed proxime Africam.

Aëllo per tres syllabas, est vna de Harpyis.

Ægysthus filius Thyestis ex Pelopeia filia sua. Cū enim Thyestes adulterasset Æropem vxorem fratris sui

sui

huius Atrei: Atreus filios fratris occidit & illi comedendos apposuit. Thyestes verò ex oraculo didicit, quod ex filia sua gigneret filium qui vindicaret hoc nefas, igitur Ægisthus cum adoleuisset, occidit Atreum, deinde eius filium Agamemnonē adiuvante Clytemnestra Agamemnonis vxore. Ipse quoque Ægisthus ab Oreste filio Agamemnonis perēptus est.

Aegiochus dicitur Iupiter, ab ægo, id est, capræ memoria à qua fuit puer nutritus in Creta insula.

Aegle fuit nympa filia Solis ex Neæra.

Aegeos fluu. Thraciæ in quem decidit de sole saxum eo die quo prædictum erat ab Anaxagora philosopho.

Aemilia est regio Italiæ qua & Flaminia dicitur, in qua Bononia est, Imola & Rauenna.

Aeneas nobili Troianus Anchisæ & Veneris filius post excidium Troianum, post longos errores in Italiam venit, vt scripsit Vergilius.

Aeolus filius Iouis ex Acesta filia Hippote Troiani à quo dicitur Hyppotades, Ouid. Aeolon Hippotadem, cohibentem carcere ventos. Hic regnavit in Aeolia, & inuenit rationem ventorum, & flatus illorum prædixit, vnde rex & deus ventorum dicitur à poëtis.

Ælia est regio septem insularū inter Italiã & Siciliã, quæ & Vulcaniæ dicuntur, scil. Lipare, Hiera, Strongyle, Didyne, Eryphisa, Phœnicusa, Prochyta.

Aeolis vel Aeolia est regio Græcorum in Asia, inter Ioniam & Troadem sita, hinc dicitur Aeolica lingua vna Græcorum.

Aeolis, i. filia Aeo nomine Canace, vide inf. Can
Æmonia,

Æmonia, est regio Græcię, alio nomine Thessalia.

Ænus est mons Thraciæ, vel inter Thraciam ac Thessaliam.

Ænonocauma est mōs excelsus in Aethiopia semper ardens.

Æropis, o producta, fuit vxor atrei à Thyeste adulterio corrupta, Oui. Si non Aeropem frater sceleratus amasset.

Æsacus fluuius Troianus ad Idam mōtem. Item filius Priami regis, qui cū in sylua sequeretur Eperiem puellam, & illa fugiens, à serpente fuit occisa, ipse doloris & amoris impatientia cū de scopulo se iecisset in mare, à Thetide mutatus est in auem mergum, vt ait Ouid. II. Metamorph.

Æschines orator Atheniensis, æmulus Demosthenis.

Æschylus poëta Græcus tragicus antiquus, necatus ab aquila, testudinem super caluum caput eius dormientis demittente.

Æsculapius Apollinis & Coronidis nymphæ filius, medicinæ deus habitus: Item à Ioue fulmine occisus, eo quod Hyppolitum arte medica reduxisset ad vitam. Colebatur hic primò Epidauri, vnde vocatur Epidaurius. Et colebatur in specie serpentis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tempore pestilentiæ, vt Æsculapium Romam portarent, serpens grandis nauem ingressus est, quem illi deū Æsculapium esse rati, secum duxerunt.

Æsquiliæ mons aut locus in vrbe Roma. Alij scribunt Exquiliæ. Vide infra in E.

Æson Critei filius, frater Pellæ regis Thessaliæ & pater

pater Iasonis, qui ab eo vocatur Æsonides, Æsonē verò Medea rogatu Iasonis de sene iuuenem fecit suis beneficiis.

Æria vxor Ægei, materque Thesei.

Ætna mons Sicilia, quondam perpetuo igne terribilis, & quandoque globos igneos longius emittens. erit inde Ætnæus.

Ætolia est regio Græciæ inter Acarnaniã & Phocidem, in qua sunt vibs Calidon, Olenos & Pleuron.

Ætolus, o producta, aliquis de Ætolia. Verg. Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi.

Æthon vnus equorum solis. Item equus Hectoris & Pallantis secundum Vergilium.

Æthiopia est regio inter Arabiam & Ægyptum versus Austrum, nigros homines præ nimio calore producens. Vnde dicuntur Aethiopes à Græco verbo ætho, quod est vro vel incendio.

Agamemnon filius Atrei, rex Mycenarum & frater Menelai, qui à Troiano bello reuersus à Clitemnestra vxore & Aegistho adultero fuit occisus.

Aganippe fons in Aonia musis sacer, vnde musæ dicuntur Aganippides.

Agathyrsi populus Scycticus ceruleo capillo.

Agathocles tyrannus Sicilia humili genere natus vtpote figuli filius, qui per multa scelera inuasit tyrannidem, multaque gessit bella cum Carthaginensibus varia fortuna, de quo Iustinus 17.

Agæue filia Cadmi, & vxor Echionis, quæ inter Bacchanalia filium suum Penthea regem Thebarum necauit, Horat. Quid caput abscissum demens cum portat Agæue, &c. Iuuenal. accipit pro Thebaide

Sta-

Statij, Esurit intactam Paridi nisi vendat Agauen.

Agenor, e longa, rex Phœnicum, filius Beli, & pater Cadmi.

Agilla vetus vrbs Thuscix, quæ & Cære dicta est.

Agyllæus est agnomen Apollinis, ab eo quod in viis publicis colebatur. Nam agya est via.

Agis rex Lacedæmoniorum, occisus à suis ciuibus in carcere, eò quòd leges Lycurgi reducere & bona publicare vellet.

Aglaia est vna Gratiarum, & interpretatur claritudo.

Agragas oppidum Siciliæ, quod & Agrigentum dicitur.

Aglauros filia Erithei regis Athenarum, à Mercurio in saxum mutata. Ouid. 2. Metamor.

Agrippa filius Aristobuli filij Magni Herodis, à Tiberio Cæsare coniectus in carcerem, sed à Caio Cæsare rex Iudææ factus.

Agrippa alius fuit inter proceres Aug. victoria nauali contra Sex. Pomp insignis, & gener Augusti.

Agrippina fuit filia M. Agrippæ prædicti. alia fuit mater Neronis, quæ post viri mortem Claudio Cæsari nupsit, & filio suo imperium obtinuit ad suam & totius vrbs perniciem. Item Agrippina est insignis vrbs inferioris Germaniæ metropolis & colonia Romanorum. Vnde vulgo dicitur Colonia.

Ajax Telamonis filius, ex Hesione filia Laomedontis, fortissimus Græcorum post Achillem, sed Achille occiso cum illius arma peteret Ajax, & Vlysses eloquentia sua à iudicibus illa accepisset, Ajax præ ira insaniens pecora multa occidit, credens Vlysses.

lysses.

Iyffem cum sociis illius se occidere. Deinde etiam
serp. um occidit, de cuius cruore (vt ait Ouid.) flos
Hyacinthus creuit. Alter eodem tempore Aias fuit
Oelei filius rex Locrensiū, velox pedibus & peri-
tu. hasta vibrandæ, hic capta Troia Cassandiam
virginem & vatem in templo Palladis violauit, pro-
pterea domum repetens, fulmine exustus est in ma-
ri cum sua nauī.

Alani populus Scythicus prope Istrum, Lucan. Et
sequeretur duros æterni Martis Alanos.

Alba fuit vrbs in Latio condita ab Ascanio filio
Aenæ, quam Tullius Hostilius rex Rom. euertit.
Est altera Alba ciuitas Longobardiæ, à qua fit Al-
bensis. Nam a priore Alba dicitur Albanus.

Albania est regio orientalis inter Colchum &
Armeniam. Altera nunc vocatur Albania inter Illy-
ricum & Macedoniam, in qua est vrbs Dyrachium.

Albula est fluius ex Apœnino Romã fluen, alio
nomine Tyberis. Sed Albula nomen antiquius est.

Albunius mons Lucaniæ.

Alceus poë a Lyricus Mylenæus, Sapho, Nec
plus Alceus confors patriæq; lyræq; Laudis habet,
quãuis grandius ille sonet. Alius fuit auus Herculis.

Alceste vel Alcestis fuit vxor Admeti regis Thes-
saliæ, quæ pro viri salute se morti tradidit. Nam re-
ge ægrotante responsum fuit ab oraculo, quod bre-
ui moreretur, nisi quis amicorum pro eo morti se
traderet, quod cum omnes recusarent, ipsa prom-
ptissimam se obtulit.

Alcibiades vir Atheniensis pulcherrimus, nobilif-
simus, eloquentissimus, & bellicæ rei peritissimus,
sed

sed ita plenus omnibus vitiis, vt nescias, vtrum virtute an malitia fuerit insignior.

Alcida fuit belua terribilis & ignem vomens, à Pallade tandem occisa.

Alcides, i producta dicitur Hercules, vel ab alcæo auo suo, vel à Græco nomine Alci quod est robur.

Alcinous rex Pheacum in Corcyra insula diligēs honorum cultor, qui Vlyssē naufragum perhumaniter accepit.

Alcman poëta Lyricus primus, pediculari morbo mortuus.

Alcmans vel alcmeon, filius Amphiarai auguris, qui in vltionem patris sui matrem occidit. Vide infra Eriphyle.

Alcmena Electrionis filia & Amphitrionis vxor, ex qua Iupiter genuit Herculem.

Alcmæon Crotoniates philosophus, auditor Pythagoræ, qui primus de natura rerum scripsit.

Alcon sagittarius Cretēsis, cuius filium cum draco complexus esset, tanta arte sagittam direxit, vt illæso filio necaret draconem.

Alecto est vna trium furiarum infernalium, aliarum nomina sunt Megæra, & Tisiphone, & dicuntur filia Acherontis & Noctis. (la.

Aleria vrbs, & Romana colonia in Corsica insula. Alemanni sunt Germani vel Teutones, dicti ab Alemanno fluuio, vel Manno filio Teutonis.

Alexandria vrbs, Aegypti caput, ab Alexandro magno condita prope ostiū Nili, quod Canopicum dicitur, aliam eodē nomine struxit idem rex in Asia. aliam idem in Scythia, super Tanaim. dicitur etiam
Alexan-

Alexandrea e producto. Propter Noxia Alexandria
dolis aptissima tellus.

Alexandria etiam est vrbs Liguriæ vel Longo-
bardiæ ab Alexandro pontifice maximo condita.

Alia vel allia flu. non longe à Roma distans, a-
pud quem Romanus exercitus olim deletus fuit à
Gallis Senonibus, duce Brenno 15. calen. sextilis Lu-
ca. Et damnatu diu Romanis allia fastis.

Almo parvus fluuius ad urbem Romam.

Allobroges populus Galliæ iuxta Rhodanum,
nunc Sabaudienfes dicti.

Aloeus per eu diphthongum, fuit gigas Titani &
Terræ filius, ex cuius vxore Spimedia Neptunus ge-
nuit gemellos, scilicet Oetum, & Ephialem, qui di-
cuntur aloidæ, & fuerunt maximi gigantes. Ver. Hic
& aloidas geminos immania vidi Corpora, qui ma-
nibus magnum rescindere cœlum, aggressi, &c.
Clau. Cum gemini fratres genuit quos asper aloeus,
Martem subdiderint vinclis.

Alpheus fluuius Achaia iuxta Pisam urbem, teste
Plinio.

Alpes sunt excelsi montes, Italiam separantes à
Gallia & Germania. Lucanus, Gallica per gelidas
rabies effunditur alpes. Hinc Alpinus.

Althea filia Thestij, & vxor Ænei regis Ætolia,
& mater Meleagri, quæ filium. fatali stipite com-
bussit: vt infra dicetur de Meleagro.

Amaracus puer regius, qui pretiosa ferens vn-
guenta cecidit, & mortuus dicitur mutatus in her-
bam odoriferam, quæ & samfucus vocatur. Vergil.
Vbi mollis amaracus illum, &c.

B.

Amanus est mons qui Syriam à Sicilia separat.

Amalthea fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melifus rex Cretæ, duas filias habuit, scilicet Amaltheam & Melissam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutrierunt. alii dicunt illam capram appellatam esse amaltheam.

Amathus huius Amethuntis est insula in Ægæo mari sacra Veneri Virg. Est Amathus est celsa mihi Paphos atque Cythera. Est etiam oppidum Cypri insulæ.

Amasenus est flu. Volscorum in Latio, etiam fluuius Sicilia. Ouidius. Nec non Sicanias voluens Amasenus arenas.

Amasis rex Ægypti, Luca. Non mihi pyramidi tumulis euulsus Amasis.

Amazones erant foemine Scythice, bella gerentes & sine viris habitantes. De quibus multa Iust. lib. 2. In singulari numero dicitur amazon, quod interpretatur sine mamma, quia puellis dextras mammas deurebant, ne sagittarum iactus impediretur.

Ambracia fuit vrbs Epiri, post ab Augusto cum vicisset Antonium dicta Nicopolis.

Ameria oppidum Umbriæ, inde Amerinus.

Amyclæarum, vrbs Laconia, patria Helenæ, alia fuit in Campania, quæ à serpentibus deleta fuit secundum Plinium.

Ammon dicitur Iupiter in specie arietis, sicut colebatur in Lybia. Nam Bacchus cum exercitu in Libya sitiens, ductu arietis inuenit fontem. Credens igitur arietem illum Iouem fuisse, templum ibi
struxit,

struxit, in quo posuit simulachrum arietis. Et vocatur Ammonid est, arenarius, quia templum situm est in arenoso loco.

Amphiaras Oeclei filius Argivus vates & augur, quem Adrastus rex contra Thebanos bellaturus secum ducere voluit, sed ipse præsciens se illinc non rediturum latuit. Tandem ab Eriphyle vxore sua proditur, & proficisci coactus, primo die quo venit ad Thebas hiatu terræ fuit absorptus, ut ait Statius in Thebaide.

Amphion filius Iouis, ex Antiope, rex Thebarum & inuentor musices, vnde dicitur cantu saxa composuisse in murum. Horat. Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere sono testudinis & prece blanda, &c.

Amphisa fluuius in Phocide.

Amphitryon Thebanus princeps maritus Alcmæ matris Herculis, qui ab eo dicitur Amphitryoniades.

Amphitrite filia Nerei, & vxor Neptuni, & ponitur pro mari Ouid. Nec brachia longo margine terrarum porreberat Amphitrite.

Amphrysus flu. Thessaliæ, iuxta quem Appollo pavit Armenta regis Admeti, Luca. flumine puro, Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Amphisibæna serpens duobus capitibus, quorum alterum habet in cauda. Luca. Et grauis in geminum surgens caput Amphisibæna.

Ana flu. Hispaniæ, qui Beticam & Lusitaniam diuidit. Oritur in Amminitano agro citerioris Hispaniæ & modò in stagna se fundens modo in angu-

stias reorbens aut in torum cuniculis condens, & sapius nasci gaudens, in Atlanticum Oceauum effunditur.

Anacreon poëta lyricus, ex Teo vire Ionum, vnde dicitur Teius, hic grandæuus acino vuz passæ strangulatus obiit.

Anacharsis Scytha doctus philosophus & frater Cadnidi regis Scytharum. à quo in venatione sagitta fuit occisus, eo quod leges Græcorum Scythis tradere conaretur.

Anagrus fluuius Thessalia.

Anagnia ciuitas Hernicorum in Latio. Vergil. Quos diues anagnia pascit.

Anapis flu. Siciliz. Ouid. Præterit & Cyanem & fontem lenis anapis.

Anaxagoras philosophus Clazomenius, qui philosophiæ causa patriam reliquit, opesq; contempfit. Nam patriam sibi cælum esse dicebat.

Anaxarchus abderites Philosophus familiaris Alexandro magno, occisus tandem à Niceronte Cypriorum præfecto.

Anaximāder Milesius philosophus, auditor Thaletis, & successor. Qui primus cœlestia signa docuit.

Anaximenes auditor & successor Anaximandri, & magister Anaxagoræ.

Anaurus flu. lenis in Thessalia quasi sine aura.

Ancile fuit breue & rotundum scutum prolapsum cœlitus, vt aiunt, regnante Numa, qui ad illius similitudinem fieri curauit ii. talia, & per fallio de ferri cum saltatione per vibem.

Anchises Troianus nobilis filius Capyes filii Asaraci.

Saraci fratris Ili regis Troiani, qui Anchises ex Venerere genuit Æneam.

Ancon vel ancona vrbs in Piceno ad mare adriaticum. Luca. Illic Dalmaticis obnoxia fluctibus ancon.

Ancon Martius fuit quartus rex Romanorum.

Andabatae quidam populus clausis oculis pugnas.

Andes fuit vicus prope urbem Mantuam, ubi natus est Vergilius. Vnde vocatur andinius vates.

Andes populus Galliae in prouincia Turonensi, qui modo vocantur andegauenses.

Androgeos filius Minois regis Cretae, occisus dolose ab Atheniensibus & Megarensibus. Quare Minos Megaram vastauit, & Athenienses coegit quotannis mittere Cretam septem adolescentes, & totidem puellas deuorandas à Minotauro.

Andromache fuit vxor Hectoris, quam post excidium Troiae Pyrrhus filius Achillis abduxit in Graeciam, & ei Helenum filium Priami virum dedit.

Andromeda filia Cephei regis Aethiorum & Casiopeae, quae propter superbiam matris à nymphis alligata fuit saxo, & marinae beluae exposita in oppido Ioppe. Sed Perseus eam liberauit, & vxorem duxit. Est etiam coeleste signum vel sidus.

Andros insula & oppidum in Myrto mari, prima Cycladum.

Anio vel anien, flu ex alpibus fluens in Tyberim.

Anitus fuit atheniensis diues, qui cum Melito & Lycone Socratem accusauit, & occidi curauit. Et corripit mediam.

Antaeus gigas in Lybia vel Mauritania, qui cum

Hercule singulari certamine congressus, quoties ab Hercule prostratus terram tetigit, toties fortior surrexit. Nam terra mater eius vires ei auxit. Quod notans Hercules illū à terra continuit, & sic tandem occidit.

Antenor vnus è principibus Troianorum, qui Patauium in Venetia condidit.

Anticyra est insula circa Phocidem, vbi Helleborum multū nascitur vel optimè temperatur. Hora. Danda est Hellebori multo pars maxima auaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Antigone soror Priami, quā ob superbiam formæ Iuno. vertit in ciconiam, alia fuit Oedipi filia quæ patrem secum ducebat, & deinde cum pro more fratrum suorum corpora cremaret, occisa à Creonte tyranno.

Antimachus poëta Græcus elegiarum scriptor.

Antiopa filia Nectei & vxor Lycei Thebani regis, ex qua Iupiter Zethum & Amphionem genuit. Vide Dirce.

Antiochia vrbs Syriæ à Seleuco Nicanore filio Antiochi facta.

Antiphates rex Lestrygonum Lammi filius, qui Formias condidit oppidum.

Antisthenes princeps Cynicæ sectæ, Socratis auditor, ad quem quotidie ibat ex Pyræo 40. stadiis.

Ansum fuit oppidum vetus in Latio iuxta mare, nunc penitus dirutum. Erat ibi templum Fortunæ, vt Horat innuit.

Anubis filius Osiridis & Isidis, qui quoniam carnibus gaudebat, ab Ægyptiis deus habitus est in specie ca-

cie canis. Vergil. Omnigenumq; deum monstra, la-
trator Anubis.

Anxur oppi. Volscorum, alio nomine Taracina.

Aonia est pars mōtana Bœotia. Nam Aone erat
populus vetustus in Bœotia, à quibus Aones mon-
tes dicti sunt, in quibus est fons Aganippe qui dici-
tur Aonius fons. Item Aonides vocantur musæ,
quibus ille fons dicatus fuit.

Apamea vrbs Asia minoris à Seleuco facta.

Apelles pictor præstantissimus ex insula Coo, vel
ex Epheso, qui moriens reliquit Venerem imper-
fectam, quam nemo ausus est perficere.

Apidanus fluuius Thessalia, & corripit a.

Apis lingua Ægyptiaca bos dicitur, & erat viuis
bos quem colebant Ægyptii, sed certo tempore
ipsum submergentes alium quærebant cum luctu.

Apicius nobilis Romanus valde gulosus, vnde
pro guloso quocunque accipitur.

Appia via est à Roma in Campaniam, & ad mare
vsque Brundusi, quam Ap. Claud. Cos. lapid stravit.

Appollonia vrbs in Epiro vel Macedonia parte
quæ Albania dicitur. Alia Appollonia est in Syria,
alia item in Creta.

Apollo filius Iouis & Latonæ, alio nomine Phœ-
bus, habitus deus sapientiæ & vaticinii & carmi-
num. Item deus bellicus. Vnde & citharam & arcum
gestare dicitur.

Apenninus mons Italia amplissimus ab Alpibus
aut Ligura tendens ad Siculum fretum ac rotam di-
uidens Italiam.

Aponus o breui, est flu. Venetiæ iuxta Patavium.

Apulia regio Italię mari Adriatico vicina. in qua sunt vrbes, Bartum, Beneuentum, Lucretia & mons Gargantis.

Africa est tertia pars orbis terrę, scil. inter Asiam & Europam ad Austrum sita, incipiens à finibus Ægypti & desinens ad Gaditanum fretum. In hac sunt Mauri, Getuli, Numidæ Caramantes, Æthiopes, & nobilis vrbs Carthago.

Apher aliquis de Aphrica. Luca. Et solitus vacuis errare mapalibus apher.

Aphricus est ventus ab aphrica flans, scilicet, inter austrum & zephyrum.

Aphrodite est Venus sic dicta aphros quod est spuma. Nam de spuma maris nata dicitur. Vide infra Venus.

Aquitania est pars Gallię propinqua Hispaniæ, scil. à Garumna flumine ad Pyrenæum montem.

Aquila est vrbs Apratii vel Brutiorum post Romanam.

Aquileia fuit olim clara vrbs Venetię & trāspadana regionis caput. Sed à Gotthis diruta, ciues Venetias migrarunt, & pauper vicus piscatorum nunc est.

Aquinum, ciuitas Campaniæ, in via Latina ad Melpim fluuium, vt Strabo author.

Arabia regio afix maioris, inter Iudæam & Ægyptum. Est autem triplex arabia. s. Felix, Petræa, & Deserta.

Arrachne puella in Lydia, lanificii, & acu pingendi doctissima, quæ cum se Palladi in arte præferret, & cum illa certare non metueret, Palla opus eius fregit: at illa indignata se suspendit quam Pallas in

las in araneam mutavit. Ouid. 6 Meramorph.

Araris vel arar est flu. Gallia qui nunc Segona dicitur, & per Burgundiam fluens circa Lugdunum Rhodano miscetur.

Aracynthus mons Acarnaniae, dicatus olim Minervae. Lactant. autem grammaticus ait, esse montem Atticae.

Aratus poeta Cilix. qui de astronomia versus scripsit.

Aratus alter fuit Siconius princeps optimus, qui patriam suam a tyrannide liberavit. De quo Tullius in tertio libro de officiis.

Araxes flu. Armeniae, super quem Mag. Alexander pontem fecit, & postea etiam Caesar Augustus.

Arcas filius Iouis & Calistonis, à quo arcades denominati sunt, quos quia vetustissima gens est, fabulantur ante solem & lunam fuisse ex arboribus natos.

Arcadia est pars Achaiae mediterranea ante Drymodis & Pelasgis dicta, in ea sunt asini grandes.

Arcefilas Pitaneus Philosophus academicus, auditor Crantoris, Persi Non ego curo esse quod Arcefilas.

Archemorus Licurgi regis & Nemeae filius à serpente infans necatus, dum nutrix, quae sitientibus argivis fontem ostenderet, eum dimississet in gramine, in cuius honorem instituti sunt ludi Nemei, alio nomine dictus fuit Tapheltes. Vide in dictione Hypsipyle.

Archeptolemus fuit Hectoris auriga.

Archilochus filius Nestoris, occisus ad Troiam,

alter fuit poeta Lacedæmonius: iambici carminis inuentor. Horat. in arte poetica: archilochum proprio rabies armavit iambo. Nam cum Lycambes quidam archilochi filiam suam despondisset, ac deinde alteri tradidisset. poeta tam grauius in illum scripsit, ut ille se suspendere.

Archimedes Siracusanus Philosophus, & maximas geometra, qui primus sphaeram fecit, occisus per ignorantiam vel iracundiam à quodam Romano milite, cum Marcellus consul Syracusas cepisset, & illum licet victoriã diu impedisset, seruari mandasset, sed bellicus furor consulis edictum neglexit.

Architas Tarentinus, Pythagoricus nobilissimus, qui Platonem cum à Dionysio tyranno necandus esset, per epistolam eripuit, & in omni genere virtutis ac scientiæ admirabilis, & princeps suæ ciuitatis.

Arctos græcè, vrsa latinè. Nam ad polum arcticum sunt duæ stellæ, quæ vocantur arcti vel vrsæ, & à nauigantibus obseruantur, eò quod nunquam occidunt. Maior vrsa dicitur Calisto vel Elice. Minor autem Cynosura: hanc Phœnices obseruant, illam verò Græci, & Cur vocentur vrsæ, vide in dictione Calisto.

Arctos vel arcticus. i. borealis vel septentrionalis.

Arctophylax quasi vrsæ custos, est stella iuxta maiorem vrsam, quæ & bootes dicitur. Est autem minor vrsa.

Arcturus est stella clara in zona arctophylacis. Quidam scribunt Arcturum & Arctophylacem vel Booten esse vrsam minorem.

Ardea fuit vrbs Rutulorum in Latio, quasi ardua, id est,

id est, alta, & in monte posita distans à Roma CLX. stadiis.

Arethusa est fons apud Syracusas urbem Sicilæ. Fuit enim (vt fabulantur) virgo venatrix, quæ cum in Alpheo flum. se lauaret, ab illius fluminis deo amata fuit. Cuius vim vt euaderet, fugiens inuocauit Dianam, & in fontem est mutata. Est etiam fons in Mesia teste Plin.

Arelate vrbs Gallia in prouincia Narbonensi.

Aretium vrbs Thuscia quadringentis stadiis à Perusio distans.

Argia, i. producta, fuit Adraasti regis Argiuorum filia & vxor Polynicis quæ cum viri sui in bello. caesi funus curaret, à Creonte tyranno necata fuit.

Argos vetus & nobilis vrbs Achaia, quod etiam dicitur Argi pluraliter. Inde Argius, Argous, Argolicus, de hac ciuitate existens.

Argo fuit nauis longa qua Iason cum 54. heroibus nauigauit in Colchum ad auferendum vellus aureum. Dicta est autem Argo vel ab artificis nomine vel à sua velocitate. Nam vetusto nomine Argo velocem significat.

Argonautæ dicuntur illi viri, qui ab Argo nauigauerunt in Colchom, scilicet Iason, Castor, Pollux, Hercules & cæteri.

Argus filius Aristoris, qui centum oculos habere fingitur, quorum tantum bini somnum acceperunt, de quo ait Ouid Centum lumine. cinctum caput Argus habet, Inq; suis vicibus capiebant bina quietem, Cætera seruabant atq; in statione manebant.

Huic Iuno custodiendam dedit Io, mutatam in vaccam, sed Mercur. à Ioue missus dulcedine cantus sopitum illum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudæ pauonis, quæ dicitur avis Iunonis.

Argiletum erat locus Romæ iuxta palatium, ubi dicitur Argus sepultus, & erant ibi tabernæ opificum: alii ab Argilla dictum locum putant.

Ariadne filia Minois regis Cretæ, quæ Theseum ingressurum labyrinthum adiuit, & redeuntem in patriam secuta est. Quam tamen ille deseruit in insula Chio vel Naxo. Deinde Bacchus eam accepit uxorem, Cui Venus dedit coronam quam Bacchus nouem stellis ornatam cœlo imposuit. Vnde est cœleste sydas quod corona Gnosia dicitur Verg. Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

Aricia fuit vrbs in Latio post albanum montem in appia via, distans à Roma stadiis 160. Inde aricinus adiectiuum.

Arimaspi sunt Scythicus in asia populus vnum tantum habens oculum in fronte. Qui & cum gryphibus bella gerunt pro auro, & smaragdis, quæ gryphes colligunt, arimaspi non sine periculo illis auferunt.

Ariminum vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem flu. qui Galliam à Flaminia separat. Et cor. penult.

Asion Citharædus ex Lesbo insula, charus Periandro, Corinthiorum tyranno, qui in Italiam profectus arte sua grandem pecuniam promeruit. Cumq; iterum nauigaret in Græciam, & nauæ pro-
pter

pter suam pecuniam eum vellent occidere, cithara canens delphinos allexit quorum vnus dorso insiliens super illum vectus est ad litus. Vnde Ver. ait, inter delphinas arion.

Aristæus filius apollinis, & Cyrenes filia Penai, rex arcadiae qui apum & mellis vsum lactisq; coagulatum primus inuenit.

Aristidea penultima prod. fuit atheniensis nobilis & probus, cuius iustitiam non ferens Themistocles, eum exilio decem annorum damnari curauit. Sed veniente cum formidabili exercitu rege Persarum Xerxe, pro salute patriæ reuocatus est. Tandem cum multas præfecturas administrasset, ita pauper tamē obiit, vt vix sepeliri posset. alius fuit Thebanus pictor insignis, qui primus animos & vultus expressit.

Aristippus Cyrenes, auditor Socratis, hic voluptatem statuit esse summum bonum, cuius sectatores dicti sunt Cyrenici. Hic etiam primus philosophiam quæstui habuit, & Dionysio tyranno adulabatur, quare Diogenes eum vocauit regium canem. Aristos fuit pater Platonis. Item alter philosophus peripateticus.

Aristoteles stagyrites, id est, ex oppido stagyra, filius Nicomachi medici, anno ætatis suæ 17. profectus Athenas, audiuit Platonem annos 20. Deinde à Philippo rege accersitus in Macedoniam, decem annis fuit circa disciplinam alexandri. Quo in asiam profecto rediit athenas, & in Lycio gymnasio 13 annis docuit. Postea accusatus quod de diis non recte sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Hæc ex Laertio.

Aristoxenus musicus, & Aristotelis auditor.

Arpi vrbs apuliz, à Diomede condita, quæ & ar-
girippa dicitur.

Arpinum fuit oppidum Volscorum in Latio, vn-
de Marius consul & M. Cicero fuerunt orti.

Arsaces à breue, fuit vltimus rex Persarum vel
Parthorum. Vnde omnes Parthorum reges vocantur
Arsacidæ.

Armenta est regio asiæ inter Taurum & Cauca-
sum montes, & Cappadocia ad Caspium mare pro-
tensa. Est autem duplex, scilicet maior & minor.

Arnus flu. rapacissimus Hetruriæ Florentiam al-
luens.

Artabanus filius Hytaspis, & frater Darii regis
Persarum. Qui Xerxi filio Darii suavit, vt à bello
Græcorum abstineret, eundemque postea obrun-
cauit in regia: deinde ab Artaxerxe ipso occisus
fuit.

Artabri populus Lusitaniæ, qui etiam Aretebræ
dicuntur.

Artaxerxes filius Xerxis regis Persarum, qui ex
pellicibus habuit filios 115. & ex iusto matrimonio
tres: scilicet Darium, Ochum, & Ariaratem, quo-
rum Darius à patre rex factus contra patrem leui
causa cum quinquaginta fratribus coniuravit. Qui
omnes cum vxoribus & filiis à rege sunt occisi. Ju-
stinus.

Artemis, e curta, dicitur Diana quasi aerotomis,
id est, aërem secans.

Artemius est mons Achaia in Argo.

Artemisia vxor Mausoli regis Caria, quæ virum
dilexit

dilexit supra humanæ affectionis modum. Cui mortuo fecit monumentum sumptuosissimum quod Mausoleum dicitur. De quo infra suo loco scribitur. Est etiam herba quædam.

Artemisium dicitur locus Artemis, id est Dianæ.

Artaxata vrbs Armeniæ maioris ab Hanibale condita ad Ataxē flu. Et est tantum pluralis numeri. Iuenera. Si prætextatos referunt Artaxata mores.

Arueini populi Galliæ prope Bituriges & Heduos.

Aruisium est promontorium in Insula Chio, vbi optima vina nascuntur. Et facit adiectiuum Verg. Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Aruigarus rex Britanniæ tempore Domitiani.

Arunci populus antiquus in Latio. Verg. Aruncos ita ferre senes.

Arunca vrbs eorum fuit.

Asarus flu. Macedoniæ, alluens urbem Heracliam.

Ascalon vrbs in Idumæa vel Palæstina, Hinc Herodes rex Iudæorum dictus Ascalonita.

Ascalum oppidum Piceni, Romana colonia.

Ascanius filius Æneæ ex Creusa coniuge, qui & Iulus, & Iulus dictus est. Item flu. Phrygiæ vel Bitthoniæ.

Ascra vicus Bœotiæ ad Heliconem, patria Hesiodi poëtæ, qui ob id Ascraeus dicitur.

Asia est media pars orbis terræ incipiens ab India, quæ ab Europa flu. Tanais, ab Afr. Nilus separat.

Asia minor, est pars Asiæ scilicet quæ fuit sub imperio Romano, quæ hodie Turcia dicitur, & in se

con-

continet Phrygiam & Cariam, Lyciam, Lydiam Lycaoniam.

Asylum dicitur locus tutus, vnde neminem licet vi tollere. Nam dicitur ab à, quod est non, & sylaο traho. Talis locus primo fuit Athenis à Theseo institutus. Deinde Romę à Romulo. Verg. Hunc locum ingentem quem Romulus acer asylum Retulit. Ponitur etiam de templo. Idem: Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo.

Afine opp. Achaia. Luc. Quas Afine cautes, &c.

Asphaltus vel Asphaltites, est lacus Iudæę in provincia Pentapoli, in quo nihil graue submergi potest & nihil gignit nisi bitumen. Vnde mare mortuū vocatur. In eo loco fuerūt olim Sodoma & Gomortha, & alia tres vrbes, quę propter nefandam populi luxuriam atque libidinem coelitus exusta sunt.

Asopus o producta fluuius Achaia.

Asopis idos id, est, filia Asopi, scilicet Aegina, de qua supra.

Assaracus filius Trois regis Troiani, & frater Ili regis. Assaracus autem genuit Capym. Capys Anchisem patrem Aenę.

Assyria est regio Asia, ab oriente habens Indiam, ab occidente Tigrim, ab austro Mediam, ab aquilone Caucasum.

Asterie filia Cęi Titani, & soror Latonę, quas ambas vitiauit Iupiter.

Astyages vltimus rex medorum, à Cyro nepote suo, quem infantem exposuerat, regno priuatus. Iust. in 1.

Asty-

Astyanax, huius astyanactos, filius Hectoris, & interpretatur urbis protector, hunc capta Troia Græci de turre deiecerunt.

Astipalea in Ægæo insula vna Cycladum.

Astræa filia astræi gigantis & auroræ, vel secundum alios filia Iouis & Themidis, quæ ob æquitatem suam iustitia dicta est. Ouid. Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.

Asturia regio Hispaniæ prope Lusitaniam vel in Gallecia, vbi sunt equi breues, sed veloces incessu, qui vocantur esturcones.

Astor dicitur populus ille, aliquis de asturea.

Aralanta virgo venatrix in arcadia filia Iasi, hæc cum proceribus venit ad occidendum aprum deuastantem Ætoliam, quem etiam ipsa prima vulnerauit. Quare Meleager filius regis Ætolia ipsam adamauit, & vxorem duxit, cui filium peperit nomine Parthenopæum, qui ad Thebas occisus fuit. Alia fuit filia Cænei regis in Syrio insula, quæ cum procis cursu certabat. Cumque multos superasset, & morte quæ erat superatorum pœnis affecisset. Hippomanes quidam nobilis adolescens eam dolo vel arte superauit. Nam venus ei dederat tria aurea poma, quæ inter currendum per vices proiecit. Quæ illa colligens retardata & superata est. Tandem cum in templo Cybeles coirent, indignata dea conuertit eos in leones. Ouid. decimo Metamorp.

Athamas media curta rex Thebarum furore correptus, Learchum filium suum pro leone occidit sagittis. Quare territa vxor eius Ino cum altero filio

C

suo Palæmone cucurrit in mare. Vide infra Ino.

Athmanthis, id est Helle filia Athmanathis. Vide Hell.

Ajax flu. Galliæ Narbonen. ex Pyrenæo veniens.

Atella fuit oppidum Oschorum in Campania, vbi grande amphitheatrum erat. Vnde Attellanæ comœdiæ ioculares & scurriles vocantur.

Athenodorus sculptor marmorarius.

Athenion pictor Maronites, qui nisi iuuenis obisset, omnes pictores superasset, vt ait Plinius.

Aternus fluuius Ferentanorum prope Pelignos.

Athesis e curia, flu. Venetiæ, Tridentum tendens, deinde Veronam diuidens, transit in Adriaticum mare. Vergil. Sine Padi ripis Athesim seu propter amœnum.

Attilius Regulus consul Romanus primo Punico bello, cùm Carthaginenses sæpe vicisset, tandem per insidias captus fuit, & iuratus Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captiuis: Sed cum Romam venisset, permutationem dissuasit, & Carthaginem captiuus rediit, vbi crudeliter est occisus.

Athys puer phrygius, amatus à Cybele, cui cùm fidem datam non seruasset, versus in furorem genitalia sibi amputauit. alius fuit Atys filius Crœsi regis Lydiæ, qui diu mutus cùm vidisset hostem leuasse gladium vt patrem occideret, subito timore locutus est necem patris deprecans.

Atina fuit vetus vrbs Campaniæ iuxta Pontinas paludes.

Atlas fuit rex Mauritanæ, qui astronomiam dicitur

citur inuenisse. Etiam est alius mons Mauritaniz, qui columna cœli nominatur ab accolis, & poëtæ fingunt esse maximum gigantem qui cœlum sustineat. Est etiam fluuius Thraciæ ab Æmo fluens.

Atlantides dicuntur septem filiæ Atlantis, vel Hesperii fratris eius, vnde & Hesperides vocantur & Pleiades, vide infra.

Athos vel Athon mons inter Macedoniam, & Thraciam.

Atreus filius Pelopis & Hippodamiæ rex Mycenarum, qui filios fratris sui Thyestis sibi insidiantes occidit, & illi comedendos apposuit Quare sol tantum facinus abhorrens, suum lumen abscondit.

Atridæ sunt filii Atrei, scilicet Agamemnon & Menelaus.

Atropos dicitur vna Parcarum. Nam tres feruntur deæ fatales, scilicet Clotho, Lachesis, & Atropos, quæ dicuntur etiam Parcæ, vt infra dicitur.

Attalus fuit rex Asiæ, vel Pergami, qui à populo Romano donatus eo regno, cum liberos non haberet populum Romanum heredem fecit, vnde substantia eius amplissima Romam est allata.

Attica vel Acte est regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam sita in qua fuit vrbs Athenæ.

Athenæ vrbs in Attica, & rebus bellicis & bonis artibus celeberrima quondam, nunc autem periit, nomen autem sumpsit à Pallade dea sapientiæ, quæ Græcè dicitur Athena.

Atrebatum vrbs Galliæ Belgicæ, in regione quæ vulgo Picardia dicitur.

Aufidus fluuius Apuliæ, & corripit i.

Auentinus est mons in vrbe Roma iuxta Tyberim vbi templum est sanctæ Sabinæ, quod olim Dianæ fuit.

Auernus est lacus in Campania iuxta Baias, olim propter circumstantes arbores tam foetidus vt aues eum vitarent. Vnde Græco nomine dictus est auernus, quasi aornis, id est, sine auibus. Ponitur pro inferno vel propter foetorem, vel propter necromantiam quæ ibi exercebatur.

Auenio vel Auinio ciuitas in Gallia Narbonensi.

Aulis est portus Bœotix vel Eubœæ insulæ quo conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiscentium. Statur, Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis. Hecateia, id est Dianæ sacra.

Auras flu. Thraciæ ab Hæmo in Istrum fluens.

Aufones populus in Italia. Vnde ipsa Italia vocatur Aufonia.

Antomedon fuit Achillis auriga, & accipitur pro quocunque auriga.

Auxius flu. Mygdoniæ.

Azan mons Arcadiæ vbi Cybele colebatur. Stat. Venit & Ideis vlulatibus æmulus Azan.

Azotus ciuitas Palestinæ.

DE LITERA B.

Babylon vrbs grandis fuit in Chaldæa, à qua tota Chaldæa & Mesopotamia dicta est Babylonia. Habebat hæc vrbs amplitudinem trecentorum & octoginta stadiorum, vel (vt ait Plin.) sexaginta millia passuum. Muri erant alti ducentis pedibus c. affi-
verò quinquaginta. Alia Babylon est in Ægypto à
Cambyse rege Persarum condita, vt ait Ioseph.

Bac-

Bacchus filius Iouis ex Semele, qui Indiam bello vicit, & vsum vini tradidisse dicitur, vnde vocatur deus vini. Vide infra Semele.

Baccha vel Bacchis mulier, Bacchi sacerdos vel ebriosa.

Bactra pluraliter est regio Scytharum in Asia, Bactriani, populus huius prouinciæ bellicosus.

Bactrum vrbis in Bactris.

Bactrius fluuius ibidem.

Banacus est lacus Venetiæ circa Veronam urbem.

Bargadia fluu. Africae prope Vticam urbem: media curta.

Baia oppidum Campaniæ inter Puteolos, & Misenum secus mare, aëris temperiæ & ædificiorum pulchritudine Romanis olim frequentatum & celeberrimum, vbi summa fuit amœnitas. Martial. Vt mille laudem Flacce versibus Baias, Laudabo digne non tamen satis Baias.

Baleares insulæ duæ in Hispanico mari, vbi repertus primum fuit vsus fundarum, quibus solis telis utebantur olim incolæ. Hæ insulæ nunc vulgo vocantur Maiorica.

Baltia insula magna in Oceano tridui navigatione distans à littore Scytharum. Inde Balticum mare inter Rostochium & Prussiam.

Barce ciuitas Africae in Cyrenaica regione. Alio nomine Ptolemis.

Bardi erant vates aut magi, aut philosophi in Gallia. Lucan. Vos quoq; qui fortes animas belloq; peremptas, Laudibus in longum vates demittitis æuum, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Barum est vrbs Apuliæ vel Calabriæ.

Bassareus dicitur Bacchus à Bassara, qui locus est Lydiæ, Bassaris idos, id est, Baccha vel sacerdos Bacchi.

Bataui sunt Germanus populus in insula Rheni: Et inuenitur nunc media correpta, nunc producta. Iuuenalis, Hic petit Euphratem iuuenis domitorq; Bataui. Luca. Vangiones Batauiq; truces, &c.

Baucis fuit anus pauper, quæ cum viro suo Palæmone Iouem & Mercurium susceperunt hospitio, & tandem mutati sunt in arbores Ouid. in Metamor.

Bebrycia regio Asiæ, quæ & Bithynia dicitur.

Belgæ sunt populi Galliæ proximi Germanis & Rheno scilicet Treueri, Colonienses, Moguntini, Rhemi, Brabantini, Flandrienses, & Hanonienses.

Belides, dicuntur quinquaginta filia Danai filii Beli & fratris Ægypti. Nam Ægyptus habens quinquaginta filios, coegit Danaum fratrem suum, qui totidem filias habuit, vt illas filiis suis coniugio copularet. Danaus vero id noluit, quoniam ex oraculo didicisset se occidendum ab vno filiorum fratris. Sed tamen ad nuptias à fratre coactus, imperauit filiabus vt viros suos prima nocte necarent, quod omnes fecerunt, præter vnã Hypermetram, quæ viro suo Lino aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum.

Belus primus rex Assyriorum filius Nemrot, qui Babylonem condidit.

Bellona dea belli sororq; Martis. Verg. Et consanguineo sequitur Bellona flagello.

Bellerophon filius Glauci regis Ephyræ adolescens

scens formosus, & summa virtute. Qui à Proeto priuatus regno, iussus est illi seruire. Quare Sthenobæa Proeti vxor eum adamauit, ac de stupro interpellauit & spreta ab eo, coram rege ipsum falsi criminis accusauit quasi eam voluisset opprimere. Proetus igitur vxori credens, Bellerophontem misit ad Heuriem, vel (vt alii dicunt) Ariobatem regem Lyciæ patrem Sthenobææ cum epistola, qua crimen continebatur. Ille verò variis hostibus eum vt occideretur obiecit. Sed Bellerophon semper victor euasit. Missus etiam vt Chimæram monstrum necaret, ascendit Pegasus equum alatum, & hoc perfecit. Propter has virtutes rex Heuries vel Ariobates ei dedit alteram filiam suam in vxorem. Quod audiens Sthenobæa seipsam necauit. Bellerophon tandem in cœlum Pegaso volens ascendere, cum iam altum venisset decidit, sed Pegasus inter sydera positus fuit vt fabulantur.

Beneuentum ciuitas Apuliæ, prius dicta Maleuentum.

Berecynthus mons & oppidum Phrygiæ, vbi colebatur Cybele, quæ ex hoc Berecynthia dicitur.

Bergomum oppidum Galliarum in Italia ad montem situm.

Beronice i producta, fuit mater Ptolomæi Philadelphi, & alia eiusdem filia. Item alia Herodis Agrippæ soror & vxor.

Bessi sunt populi in Thracia vel in ponte Oui. Viuere quàm miserum est inter Bessosque Getasque.

Bethel ciuitatula distans ab Hierusalem 13. lapides, prius Luza dicta.

Bethyca est pars vltioris Hispaniæ, à flumine Bethys dicta, nunc autem vulgo dicitur Granata.

Berules est Hispaniæ fluuius quo optime temperatur ferrum.

Bethsaida vrbs Gallileæ ad stagnum Genezareth.

Bias Prienæus vnus de septem sapientibus & aliis prælatus: cuius patriam Prienam cum cepissent hostes, ipse fugiens cum cæteris, nihil rerum suarum secum tulit, dicens, Omnia mea mecum porto, nam fortuita bona non putabat sua. Septem vero sapientes hi fuerunt, Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Bias Prienæus, Pittacus Mitylenæus, Cleobolus Lydius, Periander Corinthius.

Biblis filia Mileti, nefando amote sui fratris exarsit, quem propter hoc è patria profectum sequens, tandem contabuit, vt ait Ouid. 9 Meta. vel suspendit, vt ait idem de arte, Biblia quid referam verito quæ fratris amore Arsit, & est laqueo fortiter vltia nefas.

Bion Borysthenites Athenis philosophatus, & callidus sophista

Bibilis est ciuitas Celtiberiæ, & flu. ciuitati vicinus, qui & Salo dicitur, quo ferrum temperatur optime.

Byrsa Græcè corium significat, quo nomine appellatus est locus in Aphrica, vbi postea fuit condita Carthago. Nam Dido ex Tyro in Aphricam delata emit tantum terræ quantum posset corio bovis circundare, quod corium scidit in tenues corrigias, & sic multum spaciū comprehendit. Etiam Carthaginis arx dicta fuit Byrsa.

Bisal-

Bisaltæ populus Scythicus iuxta Thraciam.

Bistones o curta, sunt dicti Thraces vel à rege Bistone, vel stagno quod Bistonium vocatur. Item Bistonia ipsa Thracia.

Bithynia prouincia prope Afram minorem proxima Troadi, & ad Pontum sita, prius dicta Bebrycia & Mygdonia, & magna Phrygia.

Biton & Cleobis fratres Argiui, qui matrem suam Iunonis sacerdotem curru impositam sicut equi traxerunt in templum per stadia 45. cumque mater deam orasset vt quod optimum esset præmium filiis daret, subito defuncti sunt.

Bituriges vel Bituri populus Galliæ, quorum metropolis est Thuro.

Byzantium vrbs Thraciæ maritima à Pausania Spartanorum duce condita in promontorio quod Chrysoceras dicitur. Postea a Constantino Constantinopolis appellata & noua Roma.

Bizia fuit arx regum Thraciæ hirundinibus inuisa propter scelus Terei regis. de quo infra.

Blemmiæ monstrosi homines in Æthiopia sine capitibus, ora & oculos in pectore hebetes.

Bocchus rex Maurorum & Getuliæ, qui Iugurtham regem Numidarum generum suum Romanis tandem tradidit Salustius.

Bœotia est regio in Attica non procul ab Athenis in qua sunt Thebæ. Nunc tamen à Vuandalis ex Africa pulsis occupata, vocatur Vuandalia.

Bootes est stella iuxta plaustrum vel vrsam, alio nomine Arctophilax. Aratus. Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Et interpretatur boum custos, vel bubulcus.

Boii erant populus Gallia, vel ut alii volunt Germania, qui post Boioarii, & nunc Bauari vocantur.

Borysthenes est magnus fluu. Scytharum in Euxinum fluens. Item populus ibidem qui etiam Borysthenidæ dicuntur.

Bosphorus est strictus & angustus locus maris iuxta Byzantium, dictus quasi bobus peruius. Et iste vocatur Bosphorus remotior. Thracius. Alter est bosphorus in Scithia, qui Cimmerius dicitur, Lucan. Sic stat iners Scythicas astringens Bosphorus undas.

Bouillæ vicus in via Appia inter urbem Romam & Arimiam.

Brachmanæ populus India quondam sapientia, studiosus.

Branchus filius Apollinis, & vates peritissimus. de quo Statius.

Brennus fuit dux Gallorum Senonum, qui Romam ceperunt. Item Brenni sunt Alpinus populus.

Briareus fuit gigas, alio nomine Ægeon. de quo vberius, dicitur habuisse capita 50. & centum manus, Verg. Et centum geminus briareus ac bellua lernæ.

Bryax is vel Bryas sculptor marmorarius qui Mausoleum fecit cum aliis.

Bryseus dicitur Bacchus à Brysea oppido Aonio.

Bryseis, id est filia Brysæ, puella nobilis quam ex vrbe Phrygiæ Lyrneso rapuit Achilles in bello Troiano. Deinde Agamemnon rex Græcorum illam Achilli abstulit, ob quod Achilles diu bello abstinuit.

Bri-

Britannia insula Oceani inter septentrionem & occidentem sita, & nunc Anglia dicitur.

Brixia vrbs Gallix aur Longobardix, à Germanis in Italiam transeuntibus condita.

Bromius est cognomen Bacchi, dictum à Græco verbo bromo, quod est latinè consumo.

Brontes dicitur vnus cyclopum & minister Vulcani, & interpretatur tonitru. Alter vocatur Steropes, id est fulgur. Tertius dicitur Pyracmon quasi ignita incus. Verg. Ferrum exercebant vasto cyclopes in antro Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon. Hic ab Ouidio vocatur Acmonides 4. Fast.

Brundusium vrbs Calabria, vel Apulia ad mare Adriaticum.

Brutus est nomen plurium Romanorum consulū, Nam Iunius Brutus fuit primus cōsul Romanorum, qui urbem regio dominatu liberauit, postea occisus in pralio à filio regis expulsi. Idem duos filios suos qui hostes fuerunt, occidi iussit. Item Marcus Brutus vir prætorius doctus & bonus, pro recuperanda libertate occidit Iulium Cæsarem, postea in pralio victus ab Augusto seipsum occidit.

Bubalus quidam pictor, Hipponacten poëtam turpi facie, risus causa, pinxit. Quare poëta tam graueriter in filium scripsit, vt ille se suspenderet.

Bubastus ciuitas Ægypti prope Heliopolim.

Bucephalus equus Alexandri Magni habens caput quasi bouis & valde nobilis. Item vrbs quam condidit Alexander in India ex nomine illius equi ibi occisi.

Busiris media producta, rex Ægypti qui hospites mactans, ab Hercule mactatus fuit. Ver. Aut illaudati nescit Busiridis aras. Ouid. ait, quod vates quidam Busirim adiit, suadens si sterilitatem vellet vt hospites mactaret. Tunc rex illum vatem primum mactauit.

Buthrotum media longa vrbs in Epiro.

DE LITERA C.

C Acus erat latro in Italia, qui etiam villas incendebat, vnde dicebatur filius Vulcani. Tandem ab Hercule cui boues sustulerat est occisus. Vergilius in Octau. Quidam dicunt fuisse seruum Euanthri regis.

Caducifer (virgam pacis ferens) dicitur Mercurius quasi ferens caduceum id est, virgam pacis. Vnde & caduceatores sunt legati pacis.

Caduici populus Gallia in prouincia Bituricensi.

Cæa per diphthongum est insula in Eubœa inter Cyclades patria Simonidis poëtæ Inde Cæus a um.

Cadmus filius Agenoris regis Phænicum. Qui à patre missus quærere Europam sororem suam à Ioue raptam cum illam non inuenisset, nec ad patrem redire auderet, urbem Thebas in Bœotia condidit. Sed cum socii sui necati essent à magno serpente, illum occidit: cuius dentes cum terra obruisset, nati sunt ex illis armati viri, qui inter se mox digladiantes, mutuis perierunt vulneribus. Sed quinque ex eis superstites arma proiecerunt, & cum Cadmo Thebas construxerunt. Post ipse Cadmus cum Hermione vxore sua fertur mutatus in anguem.

Cærbum fuit oppidum Latii vel Campaniæ, vbi nasce-

nascebatur optimum vinum, vnde & pro vino illius loci ponitur.

Cære vel Cærete vibs Thuscix, quæ & Agilla dicitur.

Ceyx rex Trachinis vrbs filius Lucifer, & maritus Halcyones. Qui nauigans ad Apollinis oraculum submersus fuit: cuius corpus in aqua videns vxor eius & ipsa se in mare demisit, & ambo mutati dicuntur in auiculas marinas, quæ vocantur Halcyones, de quo vide infra.

Cæsar Augusta est vrbs citerioris Hispan. vel Tarraconensis effusa Ibero flu. Alii scribunt esse in Celtiberia.

Cæsena ciuitas in Flaminia vel Romandiola.

Cæsarea est nomen multarum vrbum in honorem Cæsaris Augusti sic appellatarum. Harū vna est in maritimis Palestinæ ab Herode magno instaurata & sic nominata. Nam antea dicebatur Pyrgus vel turris Stratonis. Alteram Cæsaream struxit Philippus filius Herodis ad radices Libani in Phoenicia, vbi sunt fontes Iordanis. Alia est Cæsarea in Cappadocia, & alia item in Mauritania.

Caieta e producta est oppidum & portus Campaniæ, à nutrice Æneæ nomen habens, vt ait Vergilius.

Caicus i producta, est fluu. Phrygiæ, aut Misix.

Caister fluuius Asiæ, alluens Ephesum vrbum.

Calais filius Boreæ & Orithyæ, frater Zethi. Vide Zethus.

Calabria est regio Italiæ post Lucaniam, vel pars Apuliæ.

Calaber media correpta, id est, ad Calabriam pertinens.

Calchas Nestoris Troiani filius & augur nobilis, qui in initio belli Troiani transiit ad Græcos.

Calypso nymphea Oceani & Tetyos filia, quæ insulam de se appellatam in Ionio vel Aphrico mari habitabat: Ad quam venit Vlysses naufragus, & septem annos apud eam fuit.

Calisto filia Lycaonis regis Arcadiæ, ex qua Iuppiter genuit Arcadem. Quam grauidam videns Iuno mutauit eam in ursam, quam cum filius ignarus rei vellet inuadere, Iuppiter ambos in cœlum sustulit, & inter sydera posuit apud polum Arcticum. Vnde vocantur Arcti, id est ursæ. Iuno autem indignata, impetrauit ab Oceano, vt illa sidera non fineret ad se descendere vt alia. Ouid. Metamorph.

Calydon vel Calydonia est vrbs Ætolix, & regia Onei patris Meleagri.

Callimachus Cyrenensis poëta Græcus, qui multa scripsit in omni genere carminis.

Calliope vel Calliopea est vna Musarum cæteris excellentior. Vet. Vos o Calliope precor aspirate canenti. Ouid. Prima sua cœpit Calliopea chori.

Calisthenes philosophus Aristotelis discipulus & consanguineus: Qui Alexandrum regem in Asiam secutus, cum liberius regem insolentiæ argueret, ab illo est occisus.

Calliroe fons in Attica, & alius in Iudæa salubris.

Chalcis vrbs Metropolis in Eubœa insula.

Chalcedon vrbs Asiæ vel Bithyniæ iuxta Bosphorum contra Byzantium, i. e. Constantinopolim sita.

Chal-

Chaldæa regio orientalis, quæ & Assyria & Babyloniam dicitur ab urbe Babylone. Item Chaldæi dicuntur astrologi, quia in Chal. multi fuerunt astrologi & magi.

Calœni populus Campaniæ, apud quos bonum nascitur vinum, quod & calcænum dicitur. Quinetiam oppidum eorum vocatur Calœnum, vel Cales Calium pluraliter.

Calybs flu. Hispaniæ aut Celtiberiæ, quo optimè temperatur aut tingitur ferrum. Vnde populi finitimi dicuntur Chalybes. Sunt etiam Chalybes populus in Ponto.

Calipolis vrbs Hellepontivæ vel Troadis.

Calpe est altus mons in fine Hispaniæ Bethycæ, situs ad mare, quod Europam secernit ab Africa, cui monti oppositus est in Africa mons Abyla, & illi montes dicuntur columnæ vel metæ Herculis.

Camerina ciuitas Siciliæ.

Camertes populus Vmbriæ.

Cambyses media prod. rex Persarum filius Cyri.

Camillus nobilis Romanus, qui Faliscos in ditionem accepit: Veros cepit. Deinde per inuidiam vrbe expulsus. cum Senones exercitum Rom. fudissent, urbem cepissent, & capitolium obsiderent, Camillus rogatus ab his qui obsessi erant exercitu collecto Gallos fugavit. De hoc lege etiam infra Falisci.

Canace media curta filia Æoli regis ventorum, quæ ex fratre suo Macareo clam concepit & peperit. Quo cognito pater infantem iussit exponi vel proijci & filia gladium, quo se necaret misit. Maca-

reus autē fugit Delphos, sacerdos Apollinis factus.

Canā oppidum in Gallilæa.

Candaces media curta fuit quædā regina Æthiopum temporibus Augusti Cæsaris in insula Meroe, à qua deinceps omnes illius loci reginæ vocantur candaces. Nam mulier regnare solet in Meroe.

Cannæ arum vicus Apulię apud quem Hannibal Romanos grandi clade affecit, occisis 34. millibus hominum, inter quos fuit Paulus Æmilius consul.

Canopus o producta, est ostium Nili, & vrbs in eo quæ nūc Damiatā dicitur nō procul ab Alexandria.

Canusium oppidum Apulię.

Cantabri populus Hispaniæ in Gallæcia prouincia ad Pyreneum. Alij ponunt in Tarraconensi ad Oceanum.

Chaionia est montana pars Epiri. Est etiam adiectiuum.

Capaneus vnus è septem ducibus qui Thebas oppugnauerunt bellicosus, superbus, & deorum contemptor. Qui, vt ait Statius humana arma contemnens, Iouem prouocauit ad prælium, à quo fulminibus extinctus. Ouid. Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Capernaum oppidum Gallilææ ad stagnum Genezareth.

Caphareus mons altus in Eubœa insula Hellepontum versus. Apud quem Græci à Troia redeuntes naufragia fecerunt dolo Nauplii patris Palamedis iniuste ab illis occisi. Nam Nauplius Eubœæ rex vt filii mortem vindicaret, posuit facem super hunc montem. Quare Græca classis illuc vt in portum

portum nauigans in scopulos incidit. Verg. Sic triste Mineruæ Sicus & Euboicæ cautes vltroq; Caphareus.

Cappadocia est regio pontica confinis Armeniæ à qua per Euphratem diuiditur.

Cappadox populus ille dicitur.

Capreæ arum, insula contra Surrentum urbem Campaniæ.

Caria est prouincia in Asia minori inter Lyciam, & Ioniam, cuius incolæ vocantur Cares.

Charybdis est periculosus locus maris inter Calabriam & Siciliam. Nam aqua ibi nunc absorbetur, & tendit in profundum, nunc eleuatur in altum Ouid. Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.

Carinæ arum, est vicus in vrbe Roma, vbi sunt viscera sancti Petri Apostoli.

Carystos est insula in Ægæo vna Cycladum, in qua est marmor varii coloris quod Charistum dicitur.

Charites, id est gratiæ, dicuntur tres filia Iouis, & Eurymones, scilicet Aglia, Thalia, Euphrosyne vel Pasithea.

Carmania regio orientalis, prope Indiam & rubrum mare.

Carmelus mons Phænicæ inter Cæsaream & Tyrum.

Carmentis mulier vaticinatrix, mater Euandri regis. Vnde Romæ porta carmentalis. Hæc literas inuenisse dicitur.

Carni populus alpinus circa Noricos, super quos Apœninus incumbit.

Carnotum vel Carnutum est vrbs Gallia in Francia.

Charon dicitur portitor apud inferos, qui animas defunctorum per stygem & Acherontem vehere dicitur à poëtis.

Carpathus est insula inter Rhodum & Ægyptum, vnde nomen habet mare Carpathium, & corripit penult.

Carthago vrbs nobilis in Africa, à Didone filia Beli regis Tyri condita longè ante Romam. Triagrandia bella cum Romanis gessit, & tandem à Scipione combusta fuit.

Carrhe vrbs Mesopotamiae vel Assiriae. Lu. Miserrando funere crassus Assyrias Latio maculauit sanguine Carrhas.

Caspium montes sunt in septem, apud Armeniam & Hyrcaniam, & Parthiam, vbi etiam sunt portæ Caspium mare.

Casius altus mons Syriae prope Seleuciam, in cuius summitate solis splendor quarta vigilia videri potest. Alter est eodem nomine mons in finibus Ægypti iuxta Pelusium ostium Nili, in quo fuit templum Iouis casii, & sepulchrum magni Pompeii.

Cassiope vxor cephei regis Æthiopum, quæ nymphis se pulchritudine prætulisse dicitur. Quare indignata illæ filiam eius Andromaden saxo alligauerunt, vt à belua marina deuoraretur. Vide supra Andromeda. Est etiam coeleste signum vel sidus, & potest dici Cassiopeia.

Castalius est fons in radicibus montis Parnassi, multis dicatus, quæ ex hoc vocantur Castalides.

Castor

Castor & Pollux gemini fratres filii Iouis & Leda, qui mare tueri solebant à piratis, vnde dicuntur dii maris. Item Castor dicitur fuisse mortalis, Pollux immortalis. Ergo cum Castor obiisset, Pollux cum fratre diuisit immortalitatem suam, ita vt alternis diebus viuant. Hoc ideo fingitur quia sunt duo sydera quæ vocantur Castor & Pollux, quorum vno oriente alterum occidit.

Carana media curia, est ciuitas Sicilię, prope Ætnam montem, patria sanctæ virginis Agathæ.

Catilina Romanis nobilis sed vitiosus, qui cum multis aliis coniurauit contra Romanam rempubli. sed deprehensus & vrbe pulsus à Cicerone tunc consule. Congregauit enim exercitum, cum quo victus & occisus fuit.

Catti populus Germaniæ circa Hungaros vel Hirciniam syluam.

Caucasus media correpta mons Scythiæ altissimus & longissimus, qui ab India tendit per totam ferè septentrionem sed varia nomina sortitur.

Caudium vicus Apuliæ, vbi Samnites Romanum exercitum dolis captum & conclusum sub iugum miserunt. Dicimus enim furcas caudinas. Nam sub iugum missi per furcam ibant.

Cecrops fuit primus rex Athenarum, à quo Athenienses vocantur Cecropidæ.

Cedar regio in eremo Saracenorum à Cedar filio Ismaël.

Celanzæ ciuitas principalis in Phrygia Luca. Lucent damnatæ Phœbo victore Celanzæ.

Celano vna ex Harpiis, & interpretatur Atrum.

Celtæ sunt Galliæ populi inter Sequanam & Garumnam flu. habitantes, scil. Burgundi & Franci.

Celtiberi populus Hispaniæ in Gallæcia, à Celtis orti Luca. Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

Chemmis fuit rex Ægypti, qui grandem & mirabilem struxit pyramidem, quam trecenta & sexaginta millia hominum viginti annis parauerunt, vt ait Diodorus Sicul.

Cenis promontorium Italiæ in Brutiis oppositum Peloro Siciliæ.

Centauri populus Thessaliæ circa Pelium montem qui primi in equis pugnasse dicuntur, vnde orta est fabula quod centauri fuerint animalia composita ex homine & equo. Et dicuntur semiferi, & bimembres & nubigenæ, id est ex nube geniti. Nam Ixion ex nube genuit centauros. Vocantur etiam Hippocentauri, id est equorum stimulatōres.

Cenchre portus & emporium Corinthiorum.

Cepheus rex Æthiopum & pater Andromedæ translatus in sidera.

Cephisus flu. in Phocide, præterfluens oppidum Delphos Luca Fatidica Cephisus aqua.

Ceraunia sunt alti montes Epiri, separantes Ionium mare ab Adriatico, à ceraunos quod est fulmen, quia crebris fulminibus appetuntur, etiam vocantur Acroceraunia.

Cerberus e curia canis triceps & grandis in vestibulo inferni dictus quasi creoborus, id est, carnem vorans.

Cercyon fuit latro in Attica, occisus à Theseo, Qui Cercyonis Lethum vidit Cerealis Eleufis.

Ceres

Ceres filia Saturni & Opis, quæ ex Ioue Proserpinam genuit, de qua infra Proserpina. Item Ceres dicitur inuentrix frugum fuisse.

Cereturum op. in Umbria inter Spoletum & Nursiam.

Cherronesus vel Chersonesus, est terræ Græciæ pene insula.

Cethegus nobilis Romanus, qui cum Catilina contra rempublicam coniurauit, deprehensus & occisus à Cicerone consule, & producit mediam.

Cyanea, a curta, nymppha Siciliensis, ob raptum Proserpina sodalis suæ flendo in fontem versa. Est enim fons prope Syracusas.

Cyaneæ sunt insulae aut saxa in Ponto per quæ nauigatur cum periculo. Vnde quia nauigantibus præ timore videntur concurrere, vocantur Syndromade & Symplegades.

Cybele vxor Saturni, quæ & Ops & Rhea & Bona dea & Berecynthia ac mater deorum vocatur. Vergil. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra. Quandoque duplicatur. Lucan. Et loram paruo reuocant Almone Cybellen.

Cicones populus Thraciæ iuxta Hebrum. Ouid. Flumen habent Cicones quod potum saxea reddit viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Cyclades sunt multæ insulae in Ægæo vel Myrto mari, in circuitu Deli insulae positæ, vt Andros, Scyros, Tenos, & cæteræ.

Cyclopes erant gigantes vnoculi in Sicilia prope Ætnam montem fabri Iouis, & ministri Vulcani. Verg. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

Cydippe puella pomo decepta ab Acontio. Ouid.

Litera Cydippem pomo prælata fefellit, Insciaque est verbis apta puella suis. Vide Acontius.

Cydnus flu. amœnus & saluber in Cilicia, transiens urbem Tharium.

Cydo vrbs in Creta insula. Inde Cydonius, id est Cretensis. Etiam Cydon ponitur pro Cretensi.

Cilicia est regio in Asia minori, contermina Syriæ à Cilice filio Agenoris dicta.

Cyllarus a curta, fuit equus Castoris vel Pollucis secundum Verg.

Cillene mons Arcadiæ, vbi Mercurius dicitur natus, & inde Cyllenius vocatur.

Cimbri populus septentrionalis & interioris Germaniæ. Qui Rhenum transeuntes per Gallias Romanam contenderunt cum grandi numero, quos C. Marius profligauit.

Cimmerij populi Scytharum procul in septentrionem.

Chimæra mons in Lycia fumum & flammam eructans quandoq; De hoc fabulantur poëtæ quod sit monstrum anterius leo, posterius draco, & in medio capra. Vel vt Hesiodus inquit, habet tria capita, vnum leonis, alterum capræ, tertium draconis.

Cimon Atheniensis dux, filius Miltiadis, qui vt sepeliretur corpus patris in carcere mortui, ipse pro illo ligari se fecit. Postea Persas superauit, terra & mari.

Cinyras rex Cypri q̄ ex Myrrha filia sua nescius Adonidem genuit. Strabo autem scripsit quod regnauit in Phœnicia in vrbe Byblo.

Cinyps

Cinyps fluu. Garamantum in Lybia, apud quem magni sunt hirci.

Cynocephali sunt bestia ex genere simiarum humana specie, sed canino capite in Æthiopia.

Cynofura est minor vrsa. Vide supra Arctos.

Cynici erant philosophi, quorum princeps erat Diogene Sinopenfis. Et dicuntur Cynici, id est, canini, vel propter acerbas suas inuersiones in malos, vel propter impudentiam suam, quia publicè & palàm coibant cum vxoribus, more canum.

Cynthus mons in Delo insula, vbi nati sunt Apollo & Diana. Vnde Cynthius dicitur Apollo vel Sol, & Cynthia Diana aut luna.

Chios insula in Ægæo mari, vna Cycladum, in qua nascitur optimum vinum. Inde Chius adiectiuum quod producit i, cum primitiuum corripit i.

Cyparissus puer formosus in Cæa insula, dilectus Apollini. Qui puer cum ceruum sibi charum imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in arborem lugubrem, quæ Cypressus vocatur.

Cyprus insula diues in Carpathio vel Cilicio mari Syriæ & Cilicie opposita & Veneri consecrata. Hinc Venus Cypris vel Cypria, dicitur, aut Cyprigena.

Circe filia Solis & Peris nymphæ, quæ habitans in monte Circeo tunc insula circa Campaniam, homines ad se venientes carminibus & veneficiis mutabat in varias bestias, sicut etiam fecit sociis Vlyssis, quos tamen Vlysses rogante restituit. Alij dicunt fuisse filiam Ætæ regis Colchorum.

Ciræus locus maritimus in Campania, dictus à Circe quæ ibi morabatur.

Cyrene filia Penei regis Arcadiae, quam Apollo rapuit & in Lybiam duxit, & ex ea genuit Aristeum, Nomium, Anteuum & Argum. Est & vrbs Lybiae, inter Aegyptum & Syrtes.

Cyrenaica est Prouincia Africę versus Aegyptum, quę & Pentapolis dicitur, à quinque ciuitatibus, inter quas principalis est Cyrene.

Cyrenaici sunt philosophi qui epicurei dicuntur, qui statuunt summum bonum in voluptate corporis, dicti ab Aristippo Cyrenaico.

Cyris dicitur Scylla filia Nisi regis mutata in auem.

Cirim, id est alaudam, vide Scylla.

Cyrnus insula in Ligustico mari, alio nomine Corsica. Inde Cyrneus.

Chiron fuit Centaurus filius Saturni ex Phyllira nympha, vnde & Phyllirides dicitur. Fuit vir doctus & iustus, qui vires herbarum nouit & musicam, cui Thetis Achillem filium suum tradidit erudiendum. Tandem cum sagittas Herculis admirando teneret, ab illis læsus obiit, mutatus in cœleste signum quod Sagittarius appellatur.

Cyrus primus rex Persarum potentissimus, quem infantem Astyages rex Medorum eius auus maternus iussit exponi, sed regius pastor inuentum canis vbera sugentem nutriuit. Deinde Astyagem prælio vicit, & regnum ad Persas transtulit, & valde auxit. Tandem à Tomyre regina Scytharum quibus bellum intulerat, occisus est.

Cyrtha oppidum in Phocide in radicibus Parnassii montis Apollini sacratum.

Cisseas

Cisseus rex Thraciæ, pater Hecubæ vxoris Priami, quæ à patre dicitur Cisseis.

Cithera e producta est ciuitas in Epyro. Est & insula circa Laconium vltima Cycladum. Et declinatur tantum pluraliter.

Cytherea penultima producta, id est, Venus sic dicta à Cytheris vrbe vel insula sibi sacra.

Cythæron est mons nemorosus in Bœotia musis & poëtis dicatus, producit mediam.

Citheriades musæ dicuntur à Citherone monte prædicto.

Cytorus o producta mons in Paphlagonia.

Cytis insula Arabiæ vbi topazius lapis inuenitur.

Cyzicus nobilis vrbs Asiæ ad Propontidem vel Hellespontum sita.

Clanius flu. Campan. prope Neapolim, sic dictus à violis quæ in ripis eius abundant. Nam claniōn græcè violam significat.

Clarius Apollo dicitur, vel à Clarios insula vna Cycladum, vel à Clario oppido Asiæ.

Clearchus philosophus quidam. Itē alius tyrannus Heracleæ ciuitatis De quo multa Iustin. in 16.

Cleanthes Asianus philosophus stoicus Zenonis auditor, pauper & laboriosus, qui noctibus aquam hauriendo, & pinsendo victum quærebat.

Cleobis, quære superius Biton.

Cleobulus Lydius vnus de septem sapientib. superius Bias.

Cleone o longa, oppidum Arcadiæ circa Nemeæam regionem, vbi Hercules terribilem leonem interemit. Hinc cleonæus a um.

Cleopatra regina vltima Ægypti, quam cum Antonio superauit Augustus. Quare ipsa se interfecit, serpentibus admotis vberibus suis.

Clymene nympha Oceani & Tethyos filia, & mater Phaetontis.

Clio dicitur vna musarū, à cleos quod est gloria.

Clytæmnestra filia Tindari & Ledæ, coniunx Agamemnonis regis, quem à bello Troiano reuersū, ope Ægisthi adulteri occidit. deinde Orestes filius eam rursus in vindictam patris necauit.

Clitomachus Carthaginensis, clarus philosophus auditor & successor Carneadis.

Clitorium oppidum Arcadiæ, vbi fons est qui potantibus inducit odium vini.

Clitumnus fons & fluuius Vmbriæ.

Clodius nobilis Romanus, sed nequam & moechus, & Ciceronis inimicus, quem, cum esset tribunus plebis, vrbe expulit. Occisus tandem à Milone.

Clælia virgo Romana cum aliis virginibus & adolescentibus, obses data Porsenæ regi Hetruscorum Romam obsidenti. Sed ista deceptis custodibus Tybrim tranans in urbem rediit, cui postea propter virile opus equestris statua fuit posita.

Clotho est vna parcarum, à Græco verbo clotho, quod est neo. Item alia nympha marina filia Nerei.

Cnidos vel gnidos vrbs Cariæ, vbi Venus colebatur.

Coaspis fluu. Medorum apud Persas in Tigrim fluens. Eius aqua tam dulcis est vt reges Persarum sibi eam vendicent, & ex ea potare soleant.

Cocytus flu. inferorum ex styge ortus. Verg. Cocytii

cyti stagna alta vides stygiamque paludem. Et interpretatur luctus.

Cocles fuit Romanus vir fortis, qui irruentes in urbem Hetruscos, tunc hostes stans in ponte solus tenuit.

Codrus rex Atheniensis, qui inter Athenienses & Dorienses orto bello, cum respondisset oraculum, Athenienses fore victores, si rex eorum mortuus esset, & ob hoc Dorienses regem illorum tangere vetuissent, ipse Codrus rex indutus habitu rustico, hostes iurgio & conuitio aggressus concitauit eos ad occidendum se. Quo cognito, discesserunt hostes sine prælio.

Cæus gigas Titani & Terræ filius, pater Latonæ, & Asteries.

Cœos est insula vna Cycladum quæ & Cœa dicitur. Vnde fuit Simonides poëta.

Colchos est regio Scythica & orientalis, in Asia intra Mœotim & Caspium mare in Ponto, Colchi vocantur incolæ.

Colchis dicitur mulier ex regione Colchia, & præcipue Medea, quæ fuit filia Ætææ regis Colchorum.

Collina porta fuit Romæ, per quã ibatur ad collem quirinalem. Eadem Salaria dicebatur.

Colosse vel Colossis, vibs Phrygia propter Laodiceam, quæ temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli vrbibus Asiæ terramotu cecidit, vt inquit Orosius.

Colophon vibs Libyæ, Horat. Smyrna quid & Colophon.

Coma-

Comagene penult. prod. est regio orientalis, vel pars Syriæ. Iuena. Tractato Armenius vel Comagenus aruspex.

Comum vel Nouocomum vrbs Gallia Italica, id est, Longobardia Inde Comensis.

Conon Atheniensis dux clarus, qui cum exularet, Lacedæmonios auxilio Persarum superauit.

Coptus vrbs in finibus Ægypti.

Corax filius Cathilli Argiui, & frater Tiburti, unde cognominatum est oppidum Volscorum Cora. Item Corax orator Sicius.

Corduba ciuitas Hispaniæ Bethicæ, patria Senecæ philosophi, & Lucani poëtæ, & Auicennæ medici.

Corybantes populus in Creta, qui cum curetibus Iouem infantem aluisse dicuntur, & fecisse tinnitus, ne Saturnus qui filios deuorabat, vagientem illum audiret. Alij dicunt fuisse sacerdotes Cybeles.

Coricus est mons in Cilicia, in quo nascitur optimum crocum. Etiam est oppidum Ciliciæ. Inde Corycius a, aum. Corioli orum, fuit vrbs Volscorum.

Coriolanus fuit nobilis Romanus, à Coriolis vrbe quam ceperat cognominatus. Qui per inuidiam in exilium missus ad hostes, id est, Volscos iuit, & illorum dux factus Romam obsedit. Territi Romani miserunt ad eum pro pace primò senatores, deinde sacerdotes. Qui cum flectere eum non possent, tandem mater & vxor eum flexerunt, vt exercitum hostilem à patria tolleret. Quare irati Volsci eum occiderunt. Alij dicunt quod seipsum necauit.

Corcyra, y prod. est insula in Ionio mari, vbi olim Phæaces habitabant, ad quos Vlysses venit naufragus.

Coro-

Coronis idos, nymp̄ha Thessalica, amica Apollinis, qui ex illa genuit Æsculapium. Sed ubi rescivit eam cum alio rem habuisse, necavit eam sagitta, antequam pareret, & infantem exemit ex utero eius.

Corinthus vrbs nobilis & dives Achaia, sita in Isthmo, id est angusta terra, inter duo maria, scilicet Ionium, & Ægeum, prius Ephyre dicta, post à Romanis eversa, & deinde ab Augusto reparata.

Coritius i curta, oppidum Hetruriae, dictum à Corytho patre Dardani, nunc Cornetum vocatur.

Corone oppidum Achaia vel Bœotia.

Corona signum cœleste.

Corfica, i curta, insula in Ligustico mari, quæ & Cynos.

Cortina vrbs Creta, scribitur etiam Gordyna.

Cous vel melius Cos, est insula in Ægeo vna Cycladum, ubi bonum vinum nascitur. Inde Cous adiectivum.

Cragus mons & vrbs Lycia.

Cranaus 2. rex Athenarum, successor Cecropis.

Crantor Solensis philosophus Academicus, auditor Xenocratis.

Crates Atheniensis Academicus philosophus, auditor Polemonis & successor. Alter fuit Crates Thebanus cynicus discipulus Diogenis.

Cratinus Atheniensis poëta, veteris comœdiae scriptor, vinosus & libidinosus.

Cratippus philosophus peripateticus Athenis, temporibus M. Tullij.

Cratis idis, fluu. Achaia. Item fluuius Calabria.

Creon rex Corinthiorum, alius Thebanus tyrannus

nus à Theseo necatus. Item alius Thebarum rex à Lyco occisus.

Creta insula quæ ab occidente habet Adriaticum mare, à septent. Creticum mare, ab oriente Carpathium, ab Austro Aphricanum. In hac Iuppiter natus esse & regnasse perhibetur.

Cremera flu. in Thuscia, propter quem olim cæsa fuerunt trecenti & sex Fabij, cum obsiderent urbem Veios. Ouid. i. Fast. Vt celeri passu Cremeram tetigere rapacem.

Creusa filia Priami vxor Æneæ. Alia Creontis vxor Iasonis.

Cryseis, id est Astymone filia Chryseæ sacerdotis Apollinis, quam puellam rapuit Agamemnon ex Thebis vrbe Ciliciæ.

Chryses autem cum supplicaret Agamemnoni, vt filiam sibi redderet, & ille reddere noller, inuocauit Apollinem pro auxilio. Apollo igitur peste Græcos tam grauitè afflixit, vt Agamemnonem cogent puellam patri restituere, vt scripsit Homerus.

Chrysippus philosophus stoicus auditor Cleanthis, ingeniosus, acutus, & in multis à Zenone & Cleanthe dissentiens præcipuus fuit in dialecticis, multa scripsit, sed nimis prolixa, vt aiunt.

Chrysoceras promontorium Thraciæ, in quo Byzantium, id est, Constantinopolis.

Crito Atheniensis, amicus Socratis, cui Plato librum inscripsit de morte Socratis.

Critheis mater Homeri.

Cræsus vltimus rex Lydiæ ditissimus, à Cyro rege Persarum victus. cumque iterum rebellasset, iterumque

rumque victus esset, & ignibus addictus, clamauit, O Solon, Solon Interrogante Cyro quis ille Solon esset, ait Cræsus, Solon vir sapientissimus olim memouit neminem esse in hac vita felicē, quod nunc experior. Tunc Cyrus varietatem fortunæ cogitans, eum dimisit. Alij scribunt grandi pluuia igne fuisse extinctum.

Croton vrbs Calabriae. Inde Crotoniata nomen gentile

Ctesiphon vicus maximus, vel vrbs prope Seleuciam, vbi reges Parthorum hyemare solebāt. Etiam est nomen viri, pro quo habuit & scripsit orationem Demosthenes.

Creticon absque aliqua aspiratione, & i latino scribitur & dicitur à nostris possessuum.

Cumæ arum, vrbs Campaniæ prope Baias ad mare Tyrrhenū, quam Chalcidenses ex Eubœa profecti edificauerūt In ea habitauit olim vna Sibyllarū, Cumæa vel Cumana dicta. Nūc penitus deserta dicitur.

Cures Curium fuit oppidum Sabinorum patria Numæ secundi regis Romanorum.

Curetes populus in Creta, qui Iouem infantem nutrierunt. Ouid. Pars clypeos manibus galeas pars tundit inanes. Hoc Curetes agunt, hoc Corybantes opus.

Curius consul Romanus, qui cū Samnitib. & Pyrrho rege bella gessit magnanimus, & diuitiarū contemptor. Nam cū legati Samnitum magnū pondus auri ei attulissent, accipere noluit, dicēs se male locupletibus imperare quàm esse locupletem.

Curtius fuit nobilis Romanus, qui in mortem se

dedit pro salute populi Romani. Nam cum in foro Romano terribilis hiatus terre subito esset exortus, dixerunt vates, quod nobilissimam victimam peteret Pluto, & nisi nobilissimus vir in illum hiatus se mitteret, grande periculum vrbi immineret. Quare Curtius armatus in illum equitavit, & mox hiatus ille desit.

DE LITERA D.

Dacia est regio Scythica vicina Thraciæ vel inter Thraciam & Germaniã. Nam Dacos à Germania Ister fluu. separat. Sunt autem Daci, qui nunc Transsiluani vocantur. Appellatur nunc Dacia alia regio quam Dani habitant.

Dedalus Atheniensis, faber ingeniosus, qui lignariam fabricam dicitur inuenisse, vt ferram, asciam, terebrũ, hic in Creta insula fecit labyrinthũ, & tandem sibi & Icaro filio fecit alas (vt fabulantur) quibus peruenit in Siciliam & Italiam. Quod ideo fingitur, quia primus vela nauium reperit.

Dalmatia regio iuxta Illyricum inter Pannoniam & Macedoniam, quæ nũc Sclauonia dicitur. & Dalmatæ ipsi Sclau.

Damascus vetus vrbs Syriæ, caput in regione Decapoli.

Danae per tres syllabas Acrisij à patre turri inclusa, sed à Ioue specie imbris aurei grauidata, vnde filium nomine Perseum peperit. Quo cognito pater eam cum infante conclusam in arca lignea misit in mare, vnde Danae sic in Italiam peruenit, quam Pilius rex auus Turni duxit vxorem. Vide etiam Acrisius.

Danaus

Danaus filius Beli, qui in Ægypto regnavit, sed tandem, Ægypto fratris suo regnum relinquens, venit Achaïam & ibi regnavit, unde Achaïa dicta est Danaas & ipsi Achæi vel Græci vocantur Danaï. Hic habuit filias quinquaginta. De quibus vide superius Belides.

Danubius fluu. grandis, qui Germaniam à Dacia separat, & per Hungariam fluit. Tandem multis ostiis in Pontum ruit, alio nomine Ister.

Dan, vicus Gallilææ & terminus Iudææ provincie, unde Iordanis dicitur.

Daphne filia Penei regis Thessaliæ, quam cum Apollo amaret, & fugientem sequeretur, in arborem laurum conversa dicitur. Ouid primo Metam.

Daphnis filius Mercurij formosissimus & diues pastor.

Dardanus Iouis filius ex Electra vxore Coriti. Qui cum occidisset Iasium Coriti filium, fugit in Samothraciam, & deinde in Phrygiam, quæ ab ipso vocata est Dardania.

Dardanidæ sunt Phryges & Troiani, sic dicti à Dardano rege. Item Dardanis idis, mulier Troiana.

Dardana sunt fera gens inter Epirum & Macedoniam iuxta Triballos.

Daulia vel Daulis oppidum Phocidis sub ditione Terei regis Thracum, unde Progne vel Philomela dicitur Daulis avis. Ouid. Desset Threicium Daulias ales Itym.

Daunia est regiuncula iuncta Apuliæ, vel pars Apuliæ à Dauno rege sic dicta.

Decapolis est regio Syriæ propinqua Iudææ, quæ

habuit decem vrbes, inter quas erat Damascus, Gaddeara, Scythopolis.

Decius fuit Romanus consul, qui in bello sese deuouit, id est morte obtulit pro patria. Idem fecit filius eius postea, qui etiam Decius fuit dictus.

Deidamia filia Lycomedis regis Syriae, ex qua Achilles in habitu muliebri apud Lycomedem latens genuit Pyrrhum.

Deianira filia Oenei regis Calydoniae & vxor Herculis, cui & Hellum filium peperit. cum autem Hercules transiturus esset Euenum flu. Nessus Centaurus se sponte obtulit traducere Deianiram, quam deinde cum violare vellet, Hercules in eum misit sagittam. Nessus autem ut mortem suam vindicaret, dixit Deianirae, ut suo sanguine liniret Herculis vestem, quo illum retineret in amore sui. Paulò post cum Hercules Iolè virginem rapuisset, Deianira memor verborum Nessi vestem cruore illo linctam Herculi misit. Qua ille indutus tam grauitè cruciatus est ut tandem se in ignem mitteret. Quo audito Deianira se interemit. Ouid. Impia quid dubitas Deianira mori.

Deiphobus filius Priami & Hecubae, qui post mortem Paridis Helenam duxit, quae illum capta vrbe tradidit Menelao.

Delos insula in Aegæo vel Myrtoo mari media Cycladum, vbi Apollo & Diana dicuntur nati. vnde ille vocatur Delius, & Delia.

Delphi oppidum in Phocide, vbi Phœbus vel Apollo clarissimum templum habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

Delta est pars Aegypti Nilo circumdata, non pro-

cul

cul ab Alexandria forma triangulari, ad similitudinem Deltae literæ Græcorum.

Democritus Abderites philosophus & magus, qui omnes actus hominum tanquam stultos ridebat. Tandem seipsum cæcavit, ut subtilius indagaret naturæ secreta.

Democles adulator quidam, dixit Dionysio tyranno quòd vitam beatissimam viueret. Tyrannus autem ut beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mensam copiose paratam ei apposuit, sed super caput eius appendit tenui filo gladium nudum. Tunc Democles tyrannicam vitam miseram esse fassus est.

Demosthenes Atheniensis orator maximus, in adolescentia balbus, sed vitium naturæ summo labore & industria sic emendauit, ut nemo melius loqueretur. Tandem cum libertatem patriæ contra Philippum regem defenderet, ab illo morti est addictus, fugiens ergo cum deprehensus esset, venenum sumpsit.

Demophoon vel Demophon filius Thesei & Phædræ ad Troiam pugnavit. Inde rediens tempestate delatus fuit in Thraciam, & Phillis regina eum hospitio suscepit & coniugio. Deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurum. Quod cum non faceret, Phyllis impatientia amoris se suspendit in amygdalo.

Deucalion Promethei filius rex Thessaliæ, cuius temporibus fuit in Græcia grande diluuium. Deucalion autem multos homines nauibus liberatos tutabatur, vnde orta est fabula, quod cum periissent.

omnes homines diluuiio præter Deucalionem & uxorem eius Pyrrham, ipsi consuluerunt oraculum Themidis deæ, qualiter genus humanum repararēt. Et illa iussit vt velatis capitibus post terga subiacerent ossa materna, id est, lapides terrenos, ex quibus nati dicuntur homines.

Dia est insula inter Cyclades, alio nomine Naxus, in qua Theseus Ariadnem Minois filiam deseruit. Fuit autem sacrata Baccho.

Diana filia Iouis & Latonæ, ac soror Apollinis aut Phœbi. Hæc dicitur dea venationis & virginitatis, & est luna.

Dictæ mons & opp. in Creta. Vnde Dictæus, id est Cretensis. (uenit.

Dictynna dicitur Diana à retib venatoriis quæ in-

Dido filia Beli regis Tyri & vxor Sichæi pontificis, quem cum Pygmalion rex, Didonis frater ob diuitias eius occidisset, Dido cum thesauro nauigauit in Africam & ibi Carthaginem condidit. Deinde cum Hiarbas rex eam sibi nubere vellet & Carthaginenses etiam id cogèrent, igni & ense se occidit, ob quod dicta est Dido, id est, virago. Nam prius Elisa dicebatur.

Dindyma mons Phrygiæ vbi colebatur Cybele mater deorum, quæ ob hoc dicitur Dindymene.

Dion nobilis Syracusanus amicus & auditor Platonis, à Dionysio tyranno pulsus. Illum postea Syracusis expulit, deinde à suis occisus. Alius fuit orator ob eloquentiam dictus Chrysostronus, id est aureum os.

Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia, sunt Bacchanalia. Dio-

Dionysius est etiam nomen duorum tyrannorum in Sicilia, quorum prior vel pater fuit egregius vir, alter vero pessimus, & tandem expulsus Corinthi pueros docuit literas.

Diogenes Sinopæus philosophus cynicus & inuentor cynicæ sectæ, qui opes contempsit, & mendicans liberè carpebat errantes, & nulli adulabatur. Alius fuit Babilonius stoicus.

Dione mater Veneris, & pro Venere ponitur. Ouid. Hippolyte infelix velles coluisse Dionem.

Diomedes penultima longa, rex Ætolix, Tydei & Deiphylæ filius, qui ad Troiam cum Ænea cōgressus, Venerem adiuuantem Æneam percussit, quapropter illa multas ei miseras attulit. Nam vxorem eius adulteram fecit. Quod audiens Diomedes domum redire noluit, sed in Apuliam profectus Arpos condidit. Item socij eius mutati dicuntur in aues Heroidas. Alius fuit Diomedes rex Thracix, qui suos equos pascebat carnibus aduenarum, quem tandem Hercules suis equis deuorandum obicit.

Dispolis magna vrbs in finibus Ægypti ad Nilum sita: alio nomine Thebe, quæ centum portas habuit, & magnifica ædificia.

Dirce mulier Babylonica & formosa, quæ quoniam Palladi conuiciata fuerat, cum se lauaret, versa est in piscem. Alia fuit Dirce vxor Lyci regis Thebarum, qui cum ante haberet vxorem Antio-
pam, & illa ex Ioue grauida esset, illam repudians Dircem accepit, quæ Antio-
pam valde afflixit, & in-
carcerauit. Antio-
pam tamen tempore partus soluta

peperit gemellos, sc. Zethum & Amphionem, qui postea Lycum occiderunt & Dircem alligauerunt caudis indomitorum equorum, quæ in fontem mutata dicitur. Est enim Dirce fons circa Thebas. Vnde Dirceus, i. Thebanus.

Dirachium vrbs maritima in Illyrico vel Macedonia, prius dicta Epidamnum.

Dithyrambus est nomen Bacchi. Item dithyrambi sunt versus in laudem vel honorem Bacchi.

Dodona opp. Epiri, circa quod fuit sylua quercuum Ioui sacrata, in qua columbæ olim responsa dabant.

Dolon Troianus velox pedibus, qui noctu missus explorator ad castra Græcorum pro præmio poposcit equos Achillis, sed deprehensus à Diomede & Vlyse, qui & ipsi exploratum exierant, cōsilia Troianorum illis aperuit. spe vitæ conseruandæ, quæ tamen spes ipsum fefellit.

Dolopes sunt quidam Græci, scilicet populus in Thessalia, qui cum Pyrrho venerunt ad Troiam, Verg. Dolopumque exercitus omnis.

Donyfa est insula in Ægæo mari.

Doris, idos, nympa Oceani, & Tethyos filia, & vxor Nerei, ponitur pro mari. Vergil. Doris amara suam non intermisceat vndam.

Doris vel Dorica, est quædam pars Græciæ circa Thessaliam.

Doriscus, promontorium in Attica.

Drepanum oppidum Siciliæ & mons. Verg. Hinc Drepani portus & illætabilis ora, vbi obiit Anchises.

Dryas

Dryades nymphæ sylvarum vel arborum, quæ & Hamadryades vocantur. Nam drys Græcè quercum significat. Declinatur autē hæc dryas huius dryadis.

Dryopes populus circa Parnassum, scilicet, Phocenses cultores Apollinis.

Driydæ vel Druidæ, erant magi & superstitiosi homines in Gallia sylvas habitantes.

Dulichium insula in Maliaco mari circa Achaïam, inter Echinades insulas & Itacam, sub ditione Vlyssis olim. Vnde Dulichius accipitur pro Vlyssæ, vel ad eum pertinente.

Durias magnus fluu. Hispaniæ circa Numantiam per Vacceos fluens, qui Galaciã separat à Lusitania.

DE LITERA E.

E Burones sunt Galliæ Belgicæ populus, qui nunc dicuntur Leodienses.

Ecbatana vrbs Medorum, caput regni. (ri.)

Echinades vel Echinæ sunt insule in Maliaco ma-

Echion fuit vnus è sociis Cadmi primi regis Thebarum, & pater Penthei regis, qui ab eo dicitur Echionides & Echionis, id est Thebanus.


Edessa vrbs Mesopotamiæ vel Syriæ, vbi regnabat Agbarus, qui Christo literas misisse fertur.

Elea vrbs Græciæ in Æolica regione, vbi natus fuit Zeno, qui ab ea vocatur Eleates. Hinc Eleatica, doctrina dicitur logica, quam Ze. Eleates inuenit, vt ait Arist.

Electra filia Oceani & Tethyos vxor Atlantis. Aelia fuit filia Atlantis. Item alia soror Orestis.

Elamitæ populus maritimus in Arabia.

Elimas regio Asiæ maioris, vicina Persidi.



DE LITERA E.

Elisidos, vrbs Achaia vel Arcadia, apud quam exercebatur currule certamen in honorem Iouis Olympici. Inde Eleus a um. De quo Verg. Hic vel ad Elei metas & maxima campi, &c.

Eleusin vel Eleusis est ciuitas in Attica non procul ab Athenis, vbi erat mobile templū Cereris, quae ex hoc dicitur Eleusina mater.

Elice est stella maris vel sidus iuxta polum arcticum quod dicitur vrsa maior vel Calisto. Vide superius Arctos. Luc. Parrhasis obliquos elice cum verteret axes.

Elisa est proprium nomen Didonis reginae, id est, Carthagenae.

Elysiū secundum poetas est locus in medio inferorum summis voluptatibus plenus, vbi dicuntur esse animae bonorum. Vergil. -Sed amœna piorum Concilia Elysiūq; colo. Hinc adiectiuum Elysius.

Elpenor vnus è sociis Vlyssis quem Circe mutauit in porcum. Homerus tamen ait, quod cum ebrius esset, de scalis cadens sit mortuus.

Emathia est regio Graeciae, alio nomine Macedonia vel Thessalia.

Emerita augusta est vrbs Lusitaniae, opposita Anagaurio.

Emmaus, vrbs Palestinae, post dicta Nicopolis.

Emolphus pater Musaei poetae vetusti.

Empedocles Agrigentinus, id est ex Agrigento oppido Siciliae, vir doctus, discipulus Pythagorae, & inuentor rhetoricae, poeta & philosophus, qui de rerum natura versibus scripsit, hic vt putaretur deus factus, noctu à sociis clam discedens, in ardentem
cami-

caminum montis Æthnæ se misit, sed ferreæ eius crepidæ ex camino per flammam reiectæ, rem patecerunt. Horat. Deus immortalis haberi dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam insiuit. Alij tamen aliter de eius morte scripserunt.

Enceladus gigas Titani & Terræ filius, cum contra deos bellaret, à Ioue fulmine dicitur occisus, & sub Ætna monte sepultus. Verg. in 3. Æneidos.

Endymion quidam pastor, quem Luna amauit, & ut eum dormientem posse osculari, sopiuit eum in Latmio monte Curia. Ouid. Latmius Endymion non est tibi Luna pudori.

Engonasis, a curta, est signum cœleste, & interpretatur genu innixus. Nam videtur esse vir cum dracone pugnans, quem volunt esse Herculem.

Enyo est Bellona, i. dea belli vel furor bellicus. Mart. Cum dubitaret & adhuc belli ciuilis Enyo.

Enyochi quasi tenentes habenas, id est, equitantes, sunt ferus populus in Pontica regione.

Enipeus auriga Hectoris à Diomede occisus.

Enipheus fluu. Thessaliæ ab Othy monte descendens in Apidanum fluuium. Lucan. Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipheus.

Ennofigæus, i. Neptunus, deus maris, quasi concutiensterram. Nam enno sign. ficat concutio, geanterram. Iuuenal. Ipsum compedibus qui vinxerat. Ennofigæum.

Eous est oriens vel aurora. Vergil. Aut cum sole nouo terras irrorat Eous. Accipitur etiam adiectiuè. Lucan. Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas, id est, orientales. Scribitur etiam quandoque per

diphthongonæ. Verg. *Æoasque domos Arabum*.

Epaminondas Thebanus, dux optimus, occisus à Spartanis in prælio, cum quo, ut ait Iustinus, gloria Thebanorum & nata & extincta fuit.

Ephesus media curia vrbs Asiæ, & metropolis Ionix ab Amazonibus condita, teste Plinio.

Ephialtes filius Aloeï, & frater Oti. Vide supra Aloeus.

Epicharmus Siculus poëta, comicus & Philosophus, Pythagoræ discipulus.

Epidamnum vrbs Macedoniæ, alio nomine Dirrhachium.

Epidaurus vrbs Achaia, vbi colebatur Æsculapius qui ob hoc dicitur Epidaurius. Item est vrbs maritima in Dalmatia vel Illyrico, quæ nunc Ragusium vocatur.

Epicurus Atheniensis philosophus, qui voluptatem statuit summum bonum. Inde Epicureus, id est, qui Epicuri sectam sequitur.

Epimetheus filius Iapeti & frater Promethei, pater Pyrrha.

Epimenides Cretensis, à patre suo missus in agrum vt ouem afferret, diuertens in specum, dormiuit annis 75. Deinde excitatus ouem quæsiuit, putans se paululum dormisse, postea philosophari cœpit. Vixit annos 157. secundum alios verò 299.

Epirus, i prod. est regio inter Illyricum & Macedoniam, non vulgo vocatur Arton. Hinc fit Epirota, id est aliquis de Epiro.

Ephyre media curia, vrbs Achaia, post dicta Corinthus. Inde Ephyraus. Luc. Ephyraeque moenia seruant.

Ephra-

Ephrata opp. Iudææ, alio nomine Bethleem, vbi
Christus natus est.

Erasipus, i producta, fluu. Achaiaæ magnus.

Erato a correpta, est vna musarum, & interpreta-
tur amabilis.

Erebus est pars inferni, vbi minus mali cōtinetur.
Ver. Ad genitorē imas Erebi descendit ad vmbas.

Erembi populus feras in finibus Arabiaæ, in spe-
cubus montium nudus degen., & sine opibus.

Erycina, id est Venus, sic dicta, ab Eryce monte
Siciliaæ, in quo celebre templum habuit. Horat. Siue
tu mauis Erycina ridens.

Erichtheus rex Athen. alio nomine Erichthonius,

Erichtho quædam venefica vel incantatrix pes-
sima, vnde ponitur pro qualibet maga vel incan-
tatrice.

Erichthonius vel Erichtheus filius Vulcani, qui
cum Pallade coire voluit, sed illa fortiter resistente,
semen in terrā cecidit. Quod Pallas videns præ pu-
dore terra contexit, ex quo natus est Erichthonius,
quem Pallas infantem cistella inclusum tradidit a-
lendum filiabus Cecropis regis Atheniensis. Item
Erichthonius dicitur habuisse pedes serpentinos,
& ideo primus instituit curribus vehi. Verg. 3. Ge-
org. Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, &c. Idem argenti fuit inuentor se-
cundum Plinium.

Eridanus magnus fluu. in Italia, ab Alpibus ve-
niens. Alio nomine Padus. Lucan. Eridanus fractas
deuoluit in æquora sylvas.

Erigone filia Icarī & soror Penelope, quæ pa-

triam

erem suum à rusticis ebriis occisum ita luxit, vt se ipsam præ dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in cœleste signum quod virgo dicitur. Verg. Qua locus Erigonem inter Chelasque sequentes.

Erymnathus est mons syluosus Arcadiæ, in quo aprum horribilem Hercules cepit & vinum detulit Eurystheo regi. Est etiam fluuius ab illo monte defluens.

Eriphyle, penultima longa, vxor Amphiarai vatis, quæ illum latentem prodidit ob auaritiam. Nam Argia regis filia pulchrum monile ei promisit, si virum suum monstraret. Quod cum fecisset, & ille ad Thebas periisset, Alcmaon filius Eriphylen occidit in ultionem patris sui.

Eriphysa insula vna ex Æoliis quasi litē sufflans.

Erisichthon penultima longa, quidam Thessalus qui Cererem spernens, & eius lucum succidens, tam famelicus factus est, vt consumptis omnibus bonis venderet pro cibo etiam filiam, quæ ope Neptuni in varias species mutata, semper refugit emptorem suum. Tandem Erisichthon propria membra præ fame comedit. Ouid 8. Metam.

Eryx filius Neptuni & Veneris, rex Siciliæ. Est & mons in Sicilia prope Drepanum ab rege denominatus. In quo monte templum Veneris fuit, vnde dicitur Ericina.

Erythræum mare, id est rubrum mare. Nam erythros Græcè ruber dicitur.

Ero puella in vrbe Helleponti, Phæsto. vide Leander.

Eios

Eros huius eror dicitur amor aut charitas. Sed eros huius eroros, est cupido, id est deus amoris.

Esse dones populus Scythicus, qui funera cantu efferebant, & carnes mortuorum mixtis pecudum carnibus edebant. Item de ossibus humanis, pocula faciebant.

Esis flu. Umbriae.

Eteocles filius Oedippi regis Thebarum, qui cum Polynice fratre suo ita conuenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Eteocles anno suo finito noluit fratri cedere regnum, quare Polynices Adrastum regem Argiium socerum suum, & alios principes Achaiae commouit ad bellum gerendum contra Eteoclem. In quo bello cum multi utrinque essent occisi, tandem ipsi fratres, scilicet Eteocles & Polynices congressi, alter ab altero sunt interfecti. Quorum cadauera cum in vno rogo comburerentur, flamma se diuisit in duas partes, quasi illi nondum finissent odia. Statutis in Thebaide.

Ethruria est regio Italiae, alio nomine Thuscia inter Macram & Tiberim flu. In qua sunt urbes II. scilicet Perusium, Cornetum, Volaterra, Pisa, Luca, Sarzana, Pistorium, Sene Aretium, Florentia, Massa. Inde Ethruscus, id est, Thuscus, ut populus Ethruscus & sermo Ethruscus. Vide Hetruria.

Euan est cognomen Bacchi, à voce Bacchantium.

Euander Mercurii & Nicocrafti Carmentis filius, cum fratrem suum imprudens occidisset, fugit in Italiam & in Palatino monte fecit oppidum nomine Pallanteum,

Euadne filia Martis ex Theba uxore Asopi uxor

Capanei ducis, quem adeo dilexit vt in rogum eius se miserit, & cum illius cadaucre fuerit exusta.

Eubœa insula adiacens Atticæ & Bœotix valde propinqua. Est & vrbs in eadem quæ hodie dicitur, Nigropontus.

Euclides i prod. Megarensis philosophus auditor Socratis & insignis geometra, qui quotidie ex Megera Athenas ibat ad Socratem audiendum, & tempore belli in habitu muliebri ne nosceretur.

Euchion nomen Bacchi.

Eudoxus magnus Astronomus & medicus & Geometra, qui primus annum deprehendit & conscripsit.

Euenuse prod. flu. Ætolix.

Euganei populus vetus in Venetia. Nam Veneti pepulerunt Euganeos.

Euhyus. i. Bacchus, Horat. Curas edaces dissipat Euhyus. Et interpretatur bonus filius.

Euhyas, id est, baccha, id est sacerdotula Bacchi.

Eumenides sunt furix infernales. Ouid. Eumenides tenuere faces, &c. In singulari dicitur Eumenis media curia.

Euphrates media prod. grandis flu. Parthorum, qui oritur in Periarde monte Armenix, non longe à fonte Tigridis, & transiens Babylonem, tandem influit in mare rubrum.

Eumolphus pater Musæi poëtæ vetustissimi, Alij scribunt Emolphus.

Euphrosyne est vna de tribus Gratiis, & interpretatur lætitia.

Euryalus nobilis adolescens Troianus cum Ænea
pro

profectus in Italiam. Qui cum Niso amico suo egressus nocte per hostium castra ad Æneam, cum multos hostium occidisset, tandem ab equitibus deprehensus est Euryalus, quem Nisus cum eripere non posset, cum eo mori maluit quàm fugere. Ver. libro 9.

Euridice vxor Orphei, ab Aristeo adamata. Quam cum quandoq; illa fugeret in sylua, à serpente ic̄ta interiit. Pro qua recuperanda Orpheus inferos adiit & carminibus illos ita flexit, vt eam sibi redderent hac lege, ne respiceret illam donec ad superos rediisset. Quod cum præ amore non seruasset, iterum eam amisit Verg. 4 Georg. Alia fuit Eurydice vxor Nestoris.

Euripides poëta tragicus, tandem à canibus laceratus.

Euripus media pro, est pars maris inter Eubœam & Bœotiam, vbi fluctus septies in die & toties in nocte mutatur tam vehementer, vt naues plenis velis currentes retrahat secum, accipitur pro quouis fluctu.

Eurystheus filius Stheneli regis Mycenarum, quæ astutia Iunonis Herculem ad arduas res agendas incitabat, vt sic ille periret, licet Hercules virtute sua semper victor euaderet.

Euritus media curta rex Oechaliæ pater Ioies, quem Hercules vrbe capta occidit, eò quod filiam desponsatam sibi negasset.

Europa o longa filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bonis aut vituli raptam abduxit in Certam. Est autē tertia pars orbis terræ, inci-

piens à Tanai vel Helle spoutio: & desinens in Atlanticum fretum. Regna Europæ sunt Græcia, Thracia. Illyricum, Pannonia Germania, Italia, Gallia, & Hispania cum insulis vtcinis.

Eurotas o longa, flu. Laconix, Spartam urbem præterfluens, cuius ripæ lauro abundant, vnde sacratu Apollini dicitur.

Euterpe est vna musarum, ab Euterpo quod est bene delector.

Eutinius poëta Locrensis, semper victor in Olympia, & Iouis & Apollinis iussu viuus consecratus.

Euxinus est pars maris iuxta Byzantium alio nomine Pontus. Et interpretatur bonum hospitium, vnde sic dicitur per antiphrasin, quia sunt ibi loca periculosa. Ouid. Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus. Antea dicebatur Axenus, id est inhospitalis.

Exquiliarum, mons & vicus in vrbe Roma, sic dictus, quia ibi erat ars & excubiæ regis Tulli, qui illum montem vrbi addidit.

Nota multa nomina quorum principium sonant e, inuenies in litera a aut o, videlicet quæ habent in principio diphthongon æ aut œ. Item aliqua inuenies in litera h quæ forsan hic quæris. De litera f, nullum nomen ponit Tortellius.

DE LITERA F.

F Abaris media curta, fluu. Sabinorum. Alio nomine Farfarus.

Fabius maximus, consul. Rom. qui contra Hannibalem dictator, id est summus princeps electus, illius conatus astutia sua impediuit, & illius ferociam sua

sua patientia fregit: & ut Ennius ait, cunctando Rom. rem restituit. Fuerunt & alii clarissimi viri hoc nomine. Item trecenti & sex Fabii occisi fuerant per insidias à Veientibus, cum diu & egregiè contra illos bellassent, suprà Cremera.

Fabricius consul Rom. qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella gessit, valde sobrius & fidelis. Nam munera hospitem spreuit, & regis medicum sibi pollicentem necem domini sui legatum remisit ad regem, scribens etiam quid ille facere voluisset.

Falisci populus Hetruriæ, quorum urbem nomine Falerios Camillus Rom. dux obsedit, Ludimagister quasi spaciatum egressus cum Faliscorum filiis, illos tandem tradidit Camillo. Sed Camillus eis nudatum, & à pueris cæsum remisit in urbem. Quare Falisci iustitiam Camilli admirati, urbem illi dederunt.

Falerii fuit urbs Faliscorum, nunc vicus in Hetruria.

Falernus mons Campaniæ, vbi valde bonum vinum nascitur, quod & Falernum à loco dicitur.

Fanon urbs Piceni in litore Adriatico, inter Pisaurum & Senogalliam, vbi olim fuit Fanum, id est templum Fortunæ.

Fauentia ciuitas in Flaminia, quæ & forum Sempromium dicitur.

Faunus vetus rex Aboriginum in Latio filius Picci, deus habitus post mortem.

Fauni dicuntur à poëtis agrestes dii vel animalia monstrosa.

Faltrum opp. Italiae in Marchia Taruifina.

Felsina vrbs Italiae in Flaminia vel Æmilia, quæ vrbs etiam Bononia dicitur. Bapusta Mantua. Felsina dicta fuit sermone Bononia prisco.

Ferraria vrbs Italiae ad veterem Padum sita.

Feronia mons & nympa in Campania circa Taricinanam, & secundum alios etiam vrbs circa Soracte montem.

Ferentum oppidum Apuliae aut Lucaniae,

Ferrentinum oppidum Heururiae.

Fescennia opp. Heururiae vbi nuptialia carmina dicuntur inuenta, quæ ob hoc fescennia vocantur.

Fesulæ arum, vrbs olim Heururiae non procul à Florentia, nunc vicus modicus, licet episcopalem sedem retineat.

Fidenæ arum, fuit. opp. in Latio. Inde Fidenates.

Firma opp. in Piceno. Inde Firmianus.

Flaminia est Italiae regio, quæ & Æmilia & vulgo Romandiola dicitur. In qua sunt vrbes Bononia, Fauentia, Imola, Rauenna & Ariminum cum aliis.

Flaminia via est quam Flaminius consul Rom. stravit lapidibus à Roma vsque Ariminum. Vnde & via & regio nominata est ab illo consule, qui Ligures vicerat.

Flavius erat nomen familiae Romanae, ex qua erant Vespasianus & filii eius Titus & Domitianus, qui à Iuvenale dicitur Flavius.

Florentia vrbs insignis Heururiae ad Arnun fluu. primo dicta Fluentia, hanc à Gothis euersam, Carolus magnus reformauit.

Fluentia olim dicebatur Florentia, vt modo scriptum est.

Fot-

Formiæ opp. Campania olim sedes Læstrygonum iuxta Caietam. Inde Formianum, id est prædium iuxta Formias.

Forum Corneliam est ciuitas in Flamina, quæ & forum Syllæ, & vulgo vocatur Imola.

Forum Iulium ciuitas, quæ & Aquileia dicitur, vide Aquileia.

Forliuiam vel Forumliuiam, est ciuitas in Flaminia.

Forum Sempronium vrbs in Flaminia, alio nomine Fauentia.

Franconia regio Germaniæ inter Hassiam & Sueuiam. Cuius vrbes sunt Francofordia, Bambergia, Moguntia, &c.

Fregellæ arum, vetus oppidum in Latio.

Fucinus, i curta, magnus lacus Marforum in Italia.

Fulgina vrbs Vmbriæ inter Spoletum & Nuceriam.

Frusino ciuitatis in Latio vel Campania.

Fundi vrbs Latina in Appia via. Vnde vinum fundanum. Alii ponunt in Campania, quod parum differt.

Furiæ dicuntur tres filie Acherontis & noctis, scilicet Alecto, Tisiphone, & Megæra, quæ torquent inferos & pro capillis habent angues Vocantur etiam diræ & Eumenides, & infernæ canes.

DE LITERA G.

Gabiorum, fuit vrbs Volscorū in Latio, euerfa tandem à Romanis, Inde Gabinus a um.

Gabali pop. Galliæ Celticæ, in Arelatensi ducatu.

Gades gadium est insula Oceani ultra Bethyram Hispaniam circa columnas Herculis. Inde Gaditanus.

Gadir est vrbs in Gadibus, vel ipsa insula.

Gæon est flu. per Ægyptum & Aethiopiam fluens: alio nomine Nilus, & oritur à fonte paradisi.

Galathea nympa marina, filia Nerci & Doridis.

Galatia vel Gallogræcia, est prouincia Asiæ minoris. Nam Galli olim agros Phrygiæ, Lydiæ & Paphlagoniæ occupantes, eos à se denominauerunt Galatiam, & ipsi dicti sunt Gallatæ, vel Gallogræci.

Gallæcia, est prouincia Hispaniæ, habens ab oriente Sequanam flu. à meride Lusitaniam, ab occidente & septentrione Oceanum.

Gallogræcia regio Asiæ, quæ & Galatia. vide supra.

Galesus e longa flu. Calabriæ prope Tarentum.

Galenus Pergamenus, medicus præstantissimus temporibus Antonini imperatoris.

Galilæa est pars Iudææ trans Iordanem coniuncta Syriæ & Arabiæ.

Gallia est regio Europæ inter Hispaniam & Germaniam sita. Diuiditur in tres partes, quarum prima dicitur Belgica. Alter vocatur Celtica vel Lugdunensis. Tertia vero Aquitania. Prima est propinqua Germaniæ, scilicet à Scalde fluu. ad Sequanum. Altera à Sequana flu. ad flu. Garumnam. Tertia à Garumna ad Pyreneum monem vel ad Hispaniam. Est etiam Gallia in Italia, quam Itali vocant Galliam Cisalpinam, & vulgo Longobardia dicitur.

Gal-

Gallus flu. Phrygiæ, cuius aqua potantes facit furere. Ouid. Amnis id insana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur Galli sacerdotes Cybelles deæ Phrygiæ, qui se castrabant, & inter sacrificandum furiose se habebant, Luca. Crinemq; rotantes Sanguinei populus violarunt tristia Galli.

Ganges magnus flu. Indorum, ex fonte paradisi ortus. Inde Gangeticus, id est Indicus. Luc. Et quas sentit Arabs & quas Gangetica tellus.

Gangaridæ populus Indiæ iuxta Gangem.

Ganymedes filius Trois regis Troiæ, ob admirandam pulchritudinem suam raptus ab aquila & pincerna Iouis factus.

Garamantes pop. Libyæ & Africæ.

Garamantes sunt pop. Libyæ iuxta Syrtes, supra quos Pnylli, vt Plinius tradit.

Garganus mons Apuliæ. Luc. Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Gargara pluraliter mons & oppi. sub monte in Mysia, & pro tota regione ponitur. Alii volunt esse cacumen montis Idæ.

Gargarus est lacus Phrygiæ iuxta Idam montem ex quo lacu Scamander & Simois fluuii decurrunt.

Garumna fluu. Galliæ, qui Celtas ab Aquitania separat.

Gaurus mons Campaniæ, non procul ab Auerno.

Gaza vrb. Palæstinæ vel Iudææ, vbi olim regia gaza, id est, pecunia erat.

Gabenna ciuitas Allobrogum in Sabaudia, quæ & Amoliana dicitur.

Gelon rex aut tyrannus Siciliæ.

Geloni populus Scythicus, & producitur o.

Gela vrbs & flu. Siciliae.

Genezareth lacus Galilææ 16 mil. passuum longus, & sex millia passuum latus, atque multis oppidis septus, Etiam dicitur mare Galilææ & mare Tiberiadis, nam Tiberias vrbs ei adiacet.

Genius dicebatur à priscis deus naturæ, & quod omnium rerum gerendarum vim haberet. Vnde cuiq; rei genitæ dicebatur suus genius. Item aliqui assignant cuiq; homini duos genios, bonum & malum, sicut theologi duos angelos. Accipitur etiam genius pro natura, vt suum defraudans genium.

Genua nobilis vrbs Liguriæ, quæ vulgo Ianua dicitur.

Geryon o curra, rex Hispaniæ, qui propter tria regna sua dictus est tricorpor, occisus est ab Hercule. Alii dicunt fuisse tres fratres ita concordés vt vnus putaretur.

Germani dicti sunt quasi fratres Gallorum quibus solent pares esse moribus.

Germanorum (inquit Plinius) quinque sunt genera, Primum genus Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Charmi, Guttones. Alterum genus, Ingeuones, quorum pars Cimbri, Teutones. Proximi autem Rheno Isteuones, quorū pars Cimbrimediterranei. Quartum genus Hermiones, quorum Sueui, Hermunduri, Chatti, Cherufci. Quinta pars Peucini, Basternæ contermini Dacis.

Germania habet ab oriente Dacos, ab occidente Gallos, à meridie Italiam, ab Aquilone Oderam flumen, quo à Sarmatia separatur.

Geiæ

Getæ pop Thraciæ, vel (vt alii dicunt) iuxta Thraciam. Sunt enim Getæ iuxta Hungariam, qui vulgo vocantur Vualachi, & Transsylviani, qui olim Daci nominabantur.

Getuli pop. vagus in Africa. Luca. Inculto Cetus equo superque paratus.

Gyarus a curta, insula parua & vna cycladū, quo mittebantur exules Romani: ponitur etiam pluraliter.

Gyges cœli & terræ filius & frater Briarei gigas maximus & centimanus. Alius fuit rex Lydiæ, qui consuluit Apollinem delphicum, an aliquis esset se felicior. Apol. autem prætulit illi Aglaum quendam rusticum & pauperem.

Gymnosophistæ, erant sapientes Indorum, qui ibant nudi. Nam gymnos Græcè nudus dicitur.

Gindes fuit magnus fluu. Assyriorum, quem Cyrus rex (quoniam exercitum suum impedisset & dilectum sibi militem absumsisset) in quadraginta sex alueos diuisit.

Glaucus quidam marinus deus. De quo vide Scylla.

Gnidus vrbs in Caria. Hor. O Venus regina Gnidi.

Gnoſſus vrbs Cretæ insulæ. Indegnoſſius, id est, Cretensis.

Gnoſſis, id est Ariadne filia Minois regis Cretæ.

Gorgias Leontinus sophista, & rhetor insignis, qui arte sua sic ditatus fuit, vt auream statuam primus omnium poneret in tēplo Apollinis delphici.

Gorgon dicitur Medusa filia Phorci, quæ cum duabus sororibus habitabat Gorgades insulas in

Oceano Æthiopico, quæ sorores dictæ sunt Gorgones. i. agiles. De his vide Medusa, item à Gorgone fit Gorgoneus.

Gordius rex Phrygiæ primo rusticus. Nam cum Phryges oraculum consulissent super electione regis, responsum est vt illum crearent regem qui templum primus intraret. Itaq; primus venit Gordius rusticus, lora plaustrum portans. Qui rex factus, lora illa in memoriam rei suspendit in templo Iouis, quæ ita perplexe erant connexa, vt difficilimè possent dissolui, & ferebatur oraculum, vt qui lora illa dissolueret regno potiretur.

Gordieum vrbs principalis in Phrygia à Gordio rege dicta.

Gothi sunt populus Scythicus circa Daniam & Noruegiam, qui nunc Suedi & Russi vocantur, hi tempore Honorii imperatoris multas prouincias Alarico rege peruagati etiam Romam ceperunt.

Granicus flu. Phrygiæ.

Gracchi erant duo Romani fratres nobiles & eloquentissimi, sed seditiosi & concitantes plebem contra senatum, quare occisi sunt à senatu. Iuena. Quis tulerit Grachos de seditione querentes.

Gradius, id est, Mars, Deus belli. Ver. Gradiumque patrem Geticis qui præsidet aruis.

Gryllus filius Xenophontis, qui pro patria fortiter pugnans occubuit, laudatus à multis.

Grynia vrbs Asiæ. Vnde Gryneum, & Gryneus Apollo.

DE LI-

DE LITERA H.

HAdria fuit vrbs maritima in Italia, à qua dicitur Hadriaticum mare, quod est inter Italiam & Illyricum. Sine H potius scribendum videtur.

Halcyone filia Neptuni, vxor Ceycis quem illa submersum videns, se quoque præ dolore submersit, ambo dicuntur mutati in aues, quæ vocantur halcyones, & hyeme circa mare nidificant, & pullos tunc excubant.

Halicarnassus vrbs Cariæ maritima.

Halys flu. ortus in monte Tauro, & in Euxinum defluens, qui quondam diuisit regnum Cræsi a regno Persarum. Cræso autem Apollinem consulente super bello, quod cum Cyro rege Persarum gerere cogitabat, sic Apollo respondit, Cræsus transgressus Halym plurima regna, &c.

Halizones populus Paphlagoniæ, quasi mari cincti. Nam hali Græcè significat mare.

Hamadryades nymphæ, quæ cum arboribus & nasci dicuntur & mori. Nam hama significat simul, drys quercum.

Hamilchar, dux Carthaginensis pater Hannibalis.

Hannibal Pœnus, id est, Carthaginensis dux clarissimis, qui 16. annis bellum cruentissimum gessit in Italia cum Rom. neque pelli potuit, donec à suis reuocaretur. Tandem in Africa victus à Scipione, fugit in Asiam ad regem Antiochum, deinde ad Prusiam regem Bithyniæ, sollicitans illos ad bellum Romanis inferendum. Tandem cum Prusias rex eum Romanis tradere vellet, venenum quod in anulo habebat sumpsit.

Harmonides Troianus faber, qui naues Paridis fecit.

Harpalice regina Amazonum, quę patrē suum regem Thraciæ à Getis captū subito impetu liberavit.

Harpyriæ dicuntur aues rapaces capitibus humanis: de quibus Ver. 3. Æn. Harum nomina sunt Aello, Ocypete, Celeno, & Thyelia, de his infra Phineus & Etrophades.

Harpe, falcatus ensis Persei, quo Medusam & Centum dicitur occidisse.

Hasdrubal dux Carthaginensis frater Hannibalis, occisus à Romanis in faucibus Italiæ cum magno exercitu quem fratri afferebat.

Hebe filia Iunonis, pincerna Iouis ante Ganymedem. Tandem facta vxor Herculis deificati, & dea iuuentæ dicitur.

Hebrus flu. Thraciæ ortum habens ex Pindo.

Hebræi sunt Iudæi, sic dicti vel à Heber quondam proauo suo vel potius quia transierunt siccis pedibus rubrum mare Iordanem. Nam hebræus interpretatur transitor.

Hecate media breui est Proserpina vxor Plutonis, & inferorum regina, ab hecatos quod est centum, quia centum victimis sacrificabat.

Hecatombe sacrificium centum victimis constans quod fiebat Proserpinæ, vel constans centum aureis solidis.

Hecatompulos vrbs Parthorum, regni caput.

Hector Troianus, dux fortissimus, filius Priami & Hecubæ, post multas Græcorum cædes occisus ab Achil.

Hecu:

Hecuba filia Cissei regis Thraciæ, vxor Priami regis Troiæ, quæ post excidium Troianum viro cum filiis occiso, mutata dicitur in canem.

Hedui pop. Galliæ in prouincia Lugdunensi.

Hegesias Cyrenaicus pholosophus, qui mortem adeo laudabat, vt audito illo, multi se occiderent.

Helena filia Iouis ex Leda vxore Tyndari regis Laconiæ, hæc ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit, primum adhuc puella à Theseo, secundo iam Menelao nupta à Paride propter quam recuperandam Græci cum Troianis decennale bellum gesserunt.

Heliades dicuntur filia Solis ex Neæra, scilicet Phaetusa, Lampetia, & Lampetusa, quæ casum fratris sui Phaetontis adeò fleuerunt, vt in arbores mutatae sint quæ electrum manant. Ouid. 2. Metam. Helios autem græcè Sol dicitur.

Heliopolis vrbs Ægypti, quam aliqui scribunt etiam Theben fuisse dictam. Plin. autem Thebam dicit vocatam fuisse Diospolim, & Strabo inquit Heliopolim esse desertam.

Heliogabalus fuit Imperator quidam Romanus turpis vitæ.

Helicon mons in Aonia non longe à Parnasso, musis dicatus. Nam in eo est fons Caballinus, quem Pegasus fecit.

Helorus flu. Siciliæ. Ver. Exupero præpingue solum stagnantis Helori.

Hellas adis, dicitur Græcia, ab Hellene rege filio Deucalionis. Item hellenes ipsi Græci.

Helle filia Athamantis regis Thebarum & Ne-

pheles, quæ cum Phryxo fratre suo nouercalis infidias fugiens, arietem autem velleris ascenderunt & veherentur in Colchon. Cum autem venissent supra mare iuxta Byzantium, helle territa se deiecit & submersa est. Vnde mare illud dicitur ad Hellepontum quod est à Tenedo insula vsque ad Propontidem satis angustum.

Heluetii populus nobilis Galliarum, qui hodie Saceri vel Suitenses dicuntur.

Hæmonia regio Græciæ, quæ & Thessalia vocatur.

Heraclea vrbs in Græcia ad Oetam montem. Alia in Propontide, vel Thracia, habens maximum amphitheatrum. Item alia in Ponto ad Lycum fluu. Alia item in Italia in finibus Campaniarum. hinc Heracleotes, id est de Heraclea.

Hercules filius Iouis ex Alcmena coniuge Amphitryonis Thebani. Cuius multa scribuntur & maxima gesta, sed non minora veris. Duodecim labores eius habet Boëtius in fine libri quarti.

Heraclides philosophus ex Heraclea Ponte valde tumidus, qui moriturus iussit quendam, vt draconem à se nutritum lecto suo cum mortuus esset imponeret, & corpus clam tolleretur vt putaretur deus factus. O miserum philosophum.

Heraclitus Ephesius philosophus superbus de theologia librum valde obscurum scripsit; nolens scilicet à vulgo intelligi.

Hercinia sylua maxima Germaniarum, der schwarzwald / incipiens ab Heluetiis & ad Dacos tendens. Latitudo eius est 60. dierum itinere, longitudo vero ignota.

Her-

Hermes dicitur Mercurius, deorum interpres.
Nam hermes Græcè est interpres Latine.

Hermaphroditus dicitur Mercurii & Veneris filius. Nam dicitur ab hermes & aphrodite, id est Venus. Hic fuit, androgynus, id est vir & mulier, de quo talis est fabula. Nam hermaphroditus cum adolescens se lauaret in quodam fonte Cariæ, cui inerat Salmacis nympa, illa eum amans amplexa, deos orauit vt ex ambobus vnus fieret. Idque factum est. Hinc omnes androgyni vocantur hermaphroditi.

Hermopolis, vrbis Ægypti à Mercurio condita.

Hermione filia Menelai & Helenæ, quæ puella Orestis desponsata fuit. Sed cum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit & sponsam recepit. Altera hermione filia fuit Martis & Veneris vxor Cadmi, cui Vulcanus pulchrum sed perniciosum monile formauit. Tandem cum marito mutata dicitur in serpentem.

Hermus flu. Lydiæ trahens aureas arenas. Verg.
Aut auro turbidus Hermus, hunc Pactolus intrat.

Hernici sunt Italiæ populus in Campania in locis asperis habitantes. Nam hernæ Sabinorum lingua significat saxa. Eorum metropolis est Anagnia.

Herostatus, fuit vir qui vt famam sui nominis dilataret, templum clarissimum Dianæ Ephesiæ incendit, & seipsum mox prodidit.

Hersilia vxor Romuli.

Hesione Laomedontis regis Troiæ & Priami soror, quam Hercules expugnata Troia vxorem dedit Thelamoni.

Hesiodus poëta vetus ex Asora vico Bœotia, quæ primus de agricultura scripsit versibus.

Hesperia dicitur Hispania ab Hespero stella occidentali. Etiam hesperia dicitur Italia, ab Hespero rege fratre Atlantis. Sed cum Hispaniam intelligimus additur vltima. Hor. Qui nunc Hesperia victor in vltima.

Hesperus rex Italiæ frater Atlantis. Etiam est stella vespertina.

Hesperides erant filia Hesperii. Vel (vt alii scribunt) Atlantis, scilicet Ægle, Arethusa & Hespere-thusa, quæ amœnissimos hortos habebant in Africa iuxta urbem Lyxon. In quibus hortis erant aurea poma, quæ custodiebat draco peruigil. Hercules autem ab Eurystheo missus dracone occiso mala abstulit. Sed omnia hæc fabulosa sunt.

Hesseni erant quidam Iudæi sine mulieribus & sine pecunia degentes in solitudine sicut religiosi.

Hetruria regio Italiæ, quam ab heteron dictum putat Seruius. Alii ab æthra. Supra Ethruria. Nam quidam aspirant hæc omnia, quidam verò minime.

Hiades fuerunt 7. filia Atlantis & Æthra filia Oceani, quæ fratrem suum (qui Hyas dictus est) à leæna necatum ita fleuerunt, vt ab eo denominatæ sint, & ob pietatem in cælum translatae. Sunt enim 7. stellæ in capite tauri, quæ & hædi & Sucula dicuntur & Atlantides.

Hyacinthus fuit puer dilectus Apollini, quem cum Apollo imprudens disco necasset, euertit in florem rubrum, qui etiam vocatur hyacinthus. Alii scribunt hiacinthus.

Hiarbas rex Getuliæ procus Didonis.

Hyber-

Hyberna inſula non procul ab Anglia vulgo Ir-
landia vocata.

Hybla mons & regio Siciliæ abundans apibus, &
optimo melle. Oui. Quot lepores in Atho, quot apes
pascuntur in Hybla. Inde Hyblæus a um.

Hydaspes magnus flu. in oriente qui per Parthos
currit in Indiam, & Indo flu. miscetur, dictus ab Hy-
daspe rege Medorum.

Hydrusa inſula inter Cyclades, ab aquarum co-
pia dicta.

Hydrus vel Hydrundum vrbs Calabriæ ad Adria-
ticum mare.

Hiera inſula prope Siciliam quæ sacra fuit Vul-
cano.

Hiero rex Siciliæ.

Hylas filius Theodamantis dilectus Herculi, cum
quo Hylas profectus cum aquam hauriret, submer-
sus est.

Hyllus filius Herculis ex Deianira.

Hymenæus filius Bacchi & Veneris, deusque nu-
ptiarum, qui & Hymen dicitur. Oui. Affuit & fertis
tempora vincetus Hymen.

Hymen oppidum Siciliæ.

Hymettus mons Atticæ pulcherrimus, floribus
abundans & apibus. Ouid. Vertice de summo sem-
per florentis Hymetti. Ex eodem secabatur marmor
quod Hymetium dicitur.

Hypanis a curta flu. magnus Scytharum, qui alias
dulcis apud Calipodes Exampæo fonte amaro vi-
siatur.

Hyperborei pop. Scythiæ ultra Rhyphæos mon-

tes, qui miram & felicem leguntur vitam degere, & diu viuere. Item Hyperboreus adiectiue, id est Scythicus vel Septentrionalis, quasi super Boream. Iuena. Exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.

Hypermetra filia Danai de qua vide Belydes.

Hyperion Titani & terræ filius paterque Solis, & Lunæ, & auroræ secundum poëtas. Ponitur quandoque pro sole Cicero in prognosticis. Vt cum luna means Hyperionis officit orbi.

Hipparchus fuit mathematicus insignis.

Hyperides Atheniensis orator temporibus Demosthe.

Hippias tyrannus Atheniensis Pisistrati filius. Cuius frater nomine Diocles cum virginem stuprasset à fratre puellæ erat occisus. Hippias autem fratris occisorem captum torfit, conscios ut cædis nominaret. Ille autem nominauit omnes amicos tyranni. Quibus à tyranno sine audientia occisis, ipse tyrannus ab Atheniensibus pultus, fugit ad Datum regem Persarum, cui & persuasit exercitum mitteret in Athenienses, cum quo exercitu ipse tyrannus tandem occisus fuit ab Atheniensibus.

Hippo ciuitas Africæ, ubi diuus Augustinus fuit episcopus, hæc ob aquarum irrigua vocatur à Græcis Diarrhytum.

Hipponax poëta græcus iambographus, patria Ephesia, facie deformi, acer stilo. De hoc vide Baba.

Hippodamia i prod. filia Oenomai regis Arcadiæ cui prophetatum erat se periturum, cum filia sua nupsisset, quare cum procis filia instituit currule certamen ista lege, ut si quis eum vinceret. filiam

accip-

acciperet, quisquis autem ab eo victus esset, mortem subiret. Multis igitur prociis victis & occisis Pelops Tantalii filius Hippodamiae nuptias anxie petens, Myrtilum regis auringam promissione corrupit. Nam promisit ei virginis primam noctem si victor fieret. Tunc Myrtillus axes currus Oenomai fecit cereos, & sic facto curru pelops victor euasit, tunc Oenomaus seipsum interfecit, & Pelops regno & regina potitus, Myrtilum promissa petentem proiecit in mare, quod ab eo Myrtoum appellatur. Alia fuit Hippodamia vxor Pirithoi, propter quam pugna fuit inter Centauros & Lapythas. Item alia filia Bryseae, quae & Bryseis dicitur.

Hippocrene fons in Helicene monte quem dicunt vngula Pegasi factum. Nam hippos equus, crene fons est.

Hippocrates Cous Aesculapii filius & medicorum princeps, qui medicinam diu perditam reuocauit in lucem. Et corripit a.

Hippolyte vxor Acasti regis Magnesia, quae Peleum falsi criminis accusauit apud virum suum, dum ille sibi consentire nollet. Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules praelio victam Theseo dedit vxorem.

Hippolytus filius Thesei & Hippolytes praedictae ab equis discerptus. Nam Phaedra nouerca cum ad coitum flectere Hippolytum non posset, eum falso accusauit apud Theseum, quasi se opprimere voluisset. Theseus autem credulus vxori rogauit Aegaeum patrem suum deum marinum, vt filium occideret. Quare cum Hippolytus veheretur curru iuxta

mare. *Ægeus* phocas, id est, beluas marinas emisit, quibus equi territi currum ruperunt, & *Hippolytum* discerperunt, sed *Aesculapius* rogatu *Dianæ*, quæ *Hippolytum* amabat, vitæ eum restituit, quem *Diana* in nemus *Aricinum* iuxta *Romam* deduxit, & nomen ei *Virbius* dedit quasi bis vir. *Hippolytus* autem interpretatur ab equi dissolutus vel discerptus.

Hippocentaurus idem est quod *Centaurus*. De quo videt superius.

Hippomanes nobilis iuuenis & nepos *Neptuni*, qui *Veneris* ope superavit *Atalantam*. Vide superius *Atalanta*.

Hypsipyle filia *Thoantis* regis *Lemni*. Cùm autem mulieres in *Lemno* viros omnes communi consilio vna nocte necarent, ipsa patrem saluauit & dimisit. Deinde cùm *Argonauitæ* *Lemnum* venissent, ex *Iasone* gemellos peperit. postea cum *Lemniades* ob seruatum patrem vellet eam supplico affligere fugit, & à *pytatis* capta *Lycurgo* regi *Nemææ* data est, cuius filium *Opheltem* cum nutriret, & *Argiuis* *Thebas* petentibus fontem ostenderet, puer in herba relictus necatus fuit à serpente. Cùmque pater pueri eam vellet occidere, à regibus *Argiuis* fuit defensa.

Hircania regio *Scythica* iuxta *Parthos* abundans *Pardis*, *Tigribus* & *Pantheris*.

Hyrgis flu *Scytharum* influens in *Tanain*.

Hirpi, pop. *Faliscorum* iuxta montem *Soracte*, qui in sacrificiis per ignem currebant illasi.

Hismenus, quære *Ismenus*.

Hispa-

Hispania est Europæ regio ampla inter Africam & Galliam. Est autem duplex Hispania, scilicet citerior & vltior. Citerior habet prouincias istas, Galliciam, Tarraconensem & Carthaginensem. Vltior diuiditur in Baticam & Lusitaniam, quæ nunc Portugalia dicitur.

Hispalum ciuitas vltioris Hispaniæ, nunc vulgo Siuilia dicitur.

Homerus Græcorum poëtarum maximus, ante dictus Melesignes, sed à cæcitate vocatus est Homerus, quod Ionica lingua cœcum significat. De patria eius magna diuersitas est. Nam A. Gellius hos versus ponit, Septem vrbes certant de Stirpe insignis Homeri, Shmyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Agros, Athenæ. Scripsit opera duo, vnum de bello Troiano quod Ilias dicitur, alterum de Vlyssæ, quod Odissea. Quæ opera Aristarchus Grammaticus in ordinem redegit.

Homolus mons Thessaliæ & corri. mediam syllâ.

Horodes rex Parthorum, qui M. Crassum occidit.

Horontes dux Lyciorum ad Troiam submersus in mare. Item flu. Syriæ qui oritur inter Lybanum & Antelibanum, & transit Antiochiam.

Hunni gens Scythica ferocissima prope Gorthos. Hi temporibus Valentiniani Caesaris per urbem vagati duce Attila multas & maximas clades fecerunt in Gallia & Italia. Tandem cum vrbi Romæ imminerent, Leo pontifex vir sanctus Attilam adiit, & in Pannoniam ire persuasit, nunc Hungari vocantur.

Iacchus nomen Bacchi, à Græco verbo Iaccho, quod est vociferor. Ponitur pro vino. Ver. Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Ianus vetus rex in Latio, qui Saturnum accepit socium regni, hic ob prudentiam dicitur bifrons.

Ianiculum fuit olim oppidum à Iano factum. Deinde fuit pars urbis Romæ & mons in ea.

Iapetus e curia, filius Titani, & pater Promethei & Epimethei.

Iapis pars Venetiæ circa Timanum fluvium.

Iapyx filius Dædali, rex Calabriæ, quæ ab ipso Iapygia dicitur.

Iason filius Æsonis fratris Pelix regis Thessaliæ, qui Pelias misit Iasonem in Colchum ut auferret aureum vellus, quod est inuante Medea acquisiuit.

Iberus e product. flu. Hispaniæ quæ ab illo vocatur Iheria. Et Iberi dicuntur Hispani. Est etiam Iberia regio Pontica prope Armeniam, cuius habitatores dicuntur Iberes.

Icarus filius Dædali, qui cum patre volasse dicitur ex Creta, sed cum nimis altè volaret, liquata cera qua pennæ erant compositæ, cecidit in mare, quod ab eo vocatur Icarium, licet alii ab Icaros insula denominatum hoc mare dicant.

Icarius filius Oebali regis Laconiæ, pater Penelopes & Erigones. Qui comes Bacchi didicit ab illo usum vini, quod cum dedisset messoribus suis, & illi inebriati essent, postquam tandem ad se reuersi sunt Catium occiderunt, putantes quod venenum sibi dedisset. Erigone autem filia Icarum mortem patris ita doluit ut se suspenderet.

Icheu-

Ichneumon est animal magnitudine felis, id est catti, specie muris, quod mus Indicus dicit, & pugnat cum aspide, atque etiam crocodilon quandoque necat dormientem.

Iconium vrbs Ciliciæ. Item vrbs Phrygiæ & Lycaoniæ.

Ida est mons Phrygiæ circa Troiam, inde Idæus id est, Troianus. Est etiam Ida mons in Creta insula, inde Idæus, id est, Cretensis.

Idalius est mons in Cypro. Venus dicitur Idalia.

Idomeneus rex Cretæ, qui cum Græcis ad Troiam pugnavit. In reditu vero tempestate vexatus, promissit si sospes in regnum rediret, se hoc immolaturum quod exeunti sibi de naue primum occurreret. Itaque cum filium suum, qui primus occurrerat, immolasset, aut (ut alii dicunt) immolare voluisset, à Cretensibus ob crudelitatem pulsus nauigavit in Apuliam, & urbem Petiliam condidit super Salentinum montem Calabriae.

Idumæa regio Syriæ inter Arabiam & Phœniciam.

Idume vrbs in Idumæa palmis abundans. Lucan. Et arbusto palmarum diues Idume.

Ilia mater Romuli & Remi, filia Numitoris regis Albani, quem Amulius frater regis expulit regno, & filiam eius Iliam fecit sacerdotem Vestæ, quæ Iliam cum ex Marte concepisset gemellos Remum & Romulum, Amulius eam cum filiis in Tiberum proijci iussit, filii tamen euaserunt. Alij dicunt Iliam fuisse viuam defossam. Alij verò in carcere obiisse scribunt.

Ilione filia Priami maxima natu.

Ilion vel Ilios, fuit vrbs Troiano ab Ilo rege dicta. Vnde Iliacus, id est, Troianus, & Iliades foemina Troianæ, & Ilias opus Homeri de Ilio Troiano bello.

Ilithya dicitur à poëtis Diana, quæ parentibus assistere putabatur. Oui. Propositam timidis parentibus Ilithyiam.

Illyris vel Illyricum est lata regio inter Italiam, Germaniam, Thraciam, Macedoniam, vel Epirum, habens ab vno latere mare Adriaticum, ab altero Danubium, hæc regio nunc dicuntur Sclauonia & Bosnensis.

Illerda ciuitas Hispaniæ, quæ Sicoris flu præterit.

Ilus insula in Thusco mari, inexhaustus calibum generosa metallis, vt ait Ver. Nam teste Plinio metalla cæsa illic renascuntur.

Inarime insula in sinu Campano, habens montem qui ignem emittit. Vnde aiunt poëtæ quod Typhceus gigas sub illo sepultus sit. Ver. Inarime Iouis imperiis imposta Typhceo.

Inachus a curta, primus rex Argiuorum pater Iliadis, quæ à nomine patris dicitur Inachis. Item Inachus etiam flu. est Achaia.

India est prima & maxima regio orientis, abundans auro, argento, & lapidibus preciosis.

Indus maximus flu. India, qui 60. flu. in se recipit, torrentes autem vltra centum, in eodem sunt Crocodili, vt in Nilo.

Ino, filia Cadmi & Hermiones vxor Athamantis regis Thebarum, quæ videns maritum insanientem, & Learchum filium occidisse fugiens cū altero filio

filio Melicerta, se tandem de scyroniis saxis in mare præcipitavit cum filio, & ambo dij maris effecti sunt mutatis nominibus, Nam Ino dicta est Leucothea, Melicertes autem Palæmon. Ouid. 4. metam.

Insubres Galli in Italiam venientes condiderunt Mediolanum, & alia circum loca tenuerunt.

Io, filia Inachi regis Argiuorum, quam Iupiter amavit & subito interuentu Iunonis mutavit in vaccam. Iuno tamen suspicione non carens, oravit Iouem vt eam vaccam sibi daret, quam & Argo centum oculos habenti custodiendam tradidit, sed cum Mercurius à Ioue missus Agrum necessat, irata Iuno, œstrum animal bobus infestum misit vt Io vexaret, Io igitur ab œstro stimulata, huc & illuc cucurrit, & in Ægyptum veniens, in pristinam formam restituta, Osiridi regi nupsit, & Isis vocata, post mortem dea facta est.

Iole filia Euriti regis Oechaliæ, quam Hercules tam ardentem amavit, vt vel seruiret sicut ancilla dominæ, & ipsa iubente muliebri veste indutus neret.

Iocasta filia Creontis & vxor Laij regis Thebani, post cuius necem ignorans nupsit Oedipo filio suo, & ex illo genuit Polynicem & Eteoclem filios, qui cum in prælio mutuis vulneribus se occidissent, ipsa quoque se necavit.

Ionia est regio Græcorum in Asia, in qua sunt vrbes Ephesus, Miletus, Priene & aliæ. Hinc Iones dicuntur ipsi habitatores, & Ionium mare illi vicinum regioni.

Ioppe vrbs maritima Palæstinæ & vetustissima

ante diluuium condita. In ea saxum est ad quod Andromeda filia Cephei ceto exposita, fertur alligata fuisse.

Jordanis amœnus fluuius Iudææ, qui oritur (vt ait Plinius) è fonte Peneade, & Galileam à reliqua Iudæa separans, tandem labitur in mare mortuum.

Iphigenia i prod. Agamemnonis & Clitemnestræ filia. Cum enim Græci ad Troiam profecturi essent in Aulide, nec ventum idoneum haberent, responsum est à vatibus id fieri ira Dianæ, cuius ceruum rex Agamen non occiderat, placari autem deam non posse nisi Iphigenia filia eius immolaretur. Igitur Vlysses profectus Mycenæ, illam adduxit in Aulidem dicens matri, quod pater eam dedisset Achilli. Sed cum esset virgo occidenda, Diana eius miserta seruam in eius specie obtulit, & Iphigeniam duxit in regionem Tauricam, vbi sacerdos Dianæ facta est. Postea Orestes frater eius per furiam illuc venit, & cum pro consuetudine esset immolandus, à sorore cognitus, liberatus est. Deinde Orestes occiso Thoante rege, cum sorore & simulachro Dianæ fugit in Italiam ad oppidum Ariciam.

Iphiclus filius Alcmænæ eodem partu editus cum Hercule, sed Hercules ex Ioue, Iphiclus ex Amphitryone conceptus.

Irus quidam mendicus in Ithaca, corpore grandi, sed debili, qui cum aliis domum Vlyssis absentis exhauriebat, sed Vlysses reuersus, illum pugno occidit, ponitur & pro quolibet paupere Melius Hyrus.

Is vrbs Chaldææ, & lacus prope eam bitumen gignens.

Isara

Isara magnus flu. Gallia, in finibus Allobrogum.

Isauria est regio Asiae prope Ciliciam. Quidam vero dicunt esse partem Ciliciae. Vnde Florius ait Isaurum esse arcem Ciliciae.

Isaurus flu. in Pyceno, prope urbem Pisarum. Item urbs in Isauria vel Cilicia.

Isis filia Inachi prius Io dicta, regina & dea Aegyptiorum, vide Io.

Issa Insula & urbs circa Dalmatiam.

Ismenus e longa, flu. Boeotiae circa Thebas. Vnde Ismenius, id est, Thebanus.

Ismenides foeminae Thebanae.

Ismarus mons Thraciae, in quo fuit urbs nomine Ismara, quae & Maronia dicitur.

Ismarus, id est, Thracius.

Isocrates Athen. sophista, id est sapiens doctor, qui multos auditores & discipulos habuit temporibus Aristotelis.

Ister maximus flu. Europae, qui inter Germaniam & Hungariam & Scythiam labitur aquilonem versus, ac tandem septem ostiis ruit in Pontum: Dicitur etiam Danubius.

Istria est regio inter Istrum & Italiam. Nam ab Italia separatur Adriatico sinu, & est pene insula circa Liburniam. Quidam ponunt partem Italiae.

Isthmos dicitur angusta terra inter duo maria, unde Corinthus urbs sita est in Isthmo Achaico.

Italia regio nobilis & fertilissima inter Adriaticum mare & Tuscum. Item inter Alpes & Siculum fretum.

Italia in multas diuiditur regiones, scilices, Li-

guriam, Hetruriam, Umbriam, Flaminiam, Latium, Aprutium, Campaniam, Apuliam, Venetiam, Picenum, Galliam Cisalpinam, quæ nunc Longobardia dicitur.

Ithaca est insula ante Achaiam sita, & fuit patria Vlyssis, qui ob id dicitur Ithacus. Verg. Hoc Ithacus velit & magno mercentur Atridæ.

Ithyra vrbs in monte Tauro Parthiam versus. Unde Ithyreus id est Parthicus. Item Ithurei, gens Cœlesyria in montanis habitans.

Itys filius Terei regis Thracum, conuersus in Phasianum auem. Vide Progne.

Iuba rex Mauritanix, tempore mag Pompeij, cuius partes secutus, cum Petreio Pompeiano victus à Cæsare fugit in regiam, & largè epulatus Petreium orauit cædem.

Iudæa regio maioris Asiæ, vbi quondam habitauere Iudæi, expulsis Chananæis aliisque gentibus. Est autem inter Arabiam & Phœniciam, & Ægyptum, & mare Cyprium.

Iugurtha rex Numidarum callidus, bellicosus, & perfidus, victus tandem à Mario consule Rom. & Romæ in carcere necatus inedia. Lege Salustium.

Iugula sydus, quod & Orion dicitur.

Iulus filius Æneæ alio nomine Ascanius.

Iuno filia Saturni & Opis, soror & vxor Iouis, dea regnorum habita. Dicitur etiam à patre Saturnia.

Iupiter filius Saturni & Opis, rex Cretæ, summus deorum habitus. Est etiam vnus planetarum, est & aër. (uidens.

Iura est mons Gallix, Sequanos ab Heluetiis di-

Iuræ

Iuturna nymp̄ha latina, soror Tur à Ioue vitiata.
Iuuerna insula Oceani inter Britanniam, & Hispaniam.

Ixion rex Theſſaliae, qui perfidus fuit. Nam ſocerum cui multa promiſerat, in foſſam igneam demisit. Item à Ioue in conuiuium adhibitus tentauit Iunonem de ſupro, quod ſciens Iuppiter, obtulit ei pro Iunone nubem ex qua ille centauros genuit. Sed cum gloriaretur ſe cum Iunone coiſſe, rursus ad inferos dueitur, & alligatus rotæ verſatili, & plenz ſerpentibus, Ouid. Voluitur Ixion, & ſe ſequiturque fugitque.

DE LITERA L.

L Abdacus a curta, rex Thebanus pater Laij regis, vnde Thebani vocantur Labdacidæ.

Labyrinthus erat ædificium tanta varietate viarum, vt quiſquis intraret, vix vnquam reperire poſſet exitum. Fuerunt quatuor Labyrinthi. Primus & maximus in Ægypto: Secundus in Creta factus à Dædalo: Tertius in Lemno: Quartus in Cluſio vrbe Tuſciae quem ſtruxit Porſena rex Tuſciae pro ſepulchro ſuo.

Lacedæmon vrbs nobilis Laconia, alio nomine Sparta.

Laconia eſt regio in Achaia. Vnde Lacon dicitur vir ex Laconia, & Lacena mulier ex Laconia.

Lacinium eſt Italiae promontorium inter Ionium & Adriaticum mare, in quo erat templum Iunonis Lacinia.

Lachesis e curta, dicitur vna Parcarum à lachenis quod eſt ſortiri. Vide Atropos & Parca.

Lacydes Cyrenæus philosophus princeps nouæ
Academiæ, studiosus à puero, seuerus & pauper,
successor fuit Arcefilæ, & magister Carneadis.

Ladon flu. Arcadiæ lauris circumpositus.

Laertes per tres syllabas, fuit pater Vlyssis qui &
inde dicitur Laertiades.

Leander per e diphthongon, fuit iuuenis Abyde-
nus id est in Abydo vrbe Hellesponti, qui tranare
solitus per Hellespontum ad Eron amicam suam,
tandem submersus fuit.

Læstrigones etiam per æ diphthongon, erant
homines in fine Campaniæ, qui humanis carnibus
vescebantur, apud quos Vlysses aliquos socios ami-
sit. Iauen. Fingentem immanes Læstrigonas, &
Cyclopas.

Lagus, vide Ptolomæus.

Lamius mons Ioniæ, sed melius Latmius, vide
infra.

Lamiæ dicuntur mulieres nocturnæ, quæ infan-
tes noctibus rapiunt & comedunt Horat. Nec pran-
sæ lamiæ puerum viuum extrahit aluo. Item est
quædam Romana familia.

Lampetia filia Solis ex Neara quæ cum Phae-
thusa sorore sua patris armenta pascebat in Sicilia.

Lampia i prod. flu. Arcadiæ vel ciuitas secun-
dum Lactantium.

Lampfacum opp. Hellesponti in Asiatico latere,
vbi Priapus colebatur.

Langia i prod. fons in Nemea regione Arcadiæ,
ex quo resectus fuit Argiuis exercitus ad Thebas
vadens cum grauitè sitisset.

Lapi-

Lapithæ vel Laphihæ i curta, pop. Theſſalię apud Othrym montem, continua bella cum Centauris gerentes.

Larine fons in Attica.

Lariſſa vrbs Theſſalia, à qua Achilles dicitur Lariffæus.

Laodicea vrbs Cœleſyriæ ad montem Libanum.

Alia vrbs Aſiæ celeberrima ad Lycum fluuium ſita.

Laomedon rex Troiæ filius Ili, & pater Priami, qui periturus fuit. Nam Apollini & Neptuno qui muros Troiæ fecerant, promiſſam iuramento pecuniam negauit. Quapropter illi filiam eius Heſionem ceto expoſuerunt, quam Hercules occiſo ceto liberauit, pactus vt rex equos nobiles ſibi daret in præmium. Sed cum Laomedon promiſſa non ſolueret, Hercules illum euerſit, & occidit.

Lara nympħa larina, quia furtiuos amores Iouis Iunoni indicauerat, Iupiter ei linguam abſcidit, & ad inferos duci iuſſit per Mercurium, qui ex ea gemello genuit, Lares vocatos. Eadē Larunda dicitur.

Latium regio Italiæ, in qua eſt Roma, & eſt à Tybri ad Lyrim fluuium. Hinc Latinus & Latialis.

Latona filia Cœlij Titanis mater Apollinis & Dianæ. Vnde Apollo dicitur Latous vel Latonius, vel latonides. Et Diana dicitur Latonia vel Latois, idis.

Latmius mons Ioniæ vel Cariæ in quo dormientem Endymionem Luna dicitur oſculata. Ouid. Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori.

Lateranus erat nobilis Rom. quem Nero iuſſit occidi, cuius ædes poſtea facta eſt eccleſia, qua Lateranenſis dicitur.

Lauinum vel Lauinium fuit vrbs in Latio, quæ & Laurentum, & Laurolaunium dicebatur.

Lauinia filia Latini regis, propter quam Turnus & Æneas bellauerunt, sed, vt Verg. ait Æneas Turnum occidit.

Laurentes erant Latini, dicti à Laurento vrbe.

Laurentum fuit vrbs in Latio, quæ & Lauinium. Sed Lauretum est oppidum in Piceno, vbi celeberrimum templum est diuæ Mariæ semper virginis, in quo dicitur esse conclaue Mariæ portatum illuc ab angelis.

Learchus filius Athamantis & Inois, quem pater furiosus factus pro ceruo necauit.

Leda vxor Tyndari regis Laconiæ, cum qua Iupiter in forma cygni dicitur coisse, & illa fabulatur duo oua protulisse: & ex vno ouo nati sunt Pollux & Helena immortales. Ex altero ouo Castor & Clytemnestra mortales. Hinc Pollux & Castor vocantur Ledæi.

Lemannus est lacus Galliæ non longe à Rhodano, nunc vulgo dicitur Lausanensis.

Lemnos insula in Ægæo vna Cycladum, in qua nutritus fuit Vulcanus, qui & Lemnius dicitur. Item Lemniades, id est mulieres in Lemno, cum essent viris suis odiosæ, illos à longo bello reuersos vna nocte simul occiderunt, præter Hypsipylem quæ patrem suum regem seruauit, vt ante dictum.

Lenæus, id est, Bacchus, à Lenos quod est torcular aut lacus.

Leonides rex Spartæ: qui parua suorum manu Xerxem regem euntem in Græciam diu tenuit, &

lan-

tandē cum suis fortissime pugnans occubuit. Iustin.
lib. 2. Item alius fuit pædagogus Alexandri magni.

Lerna est locus Achaia circa Argos, & palus in
qua fuit hydra multis capitibus quorum aliqua
quoties Hercules amputasset mox renascebantur
plura. Sed tandem congesta lignorum strue eam
exussit. Vergilius, Lernaus turba capitum circum-
stetit anguis.

Lesbos insula circa Troiadem, habens urbem
Mitylonem, patriam Alcæi, & Sæphe poetarum ly-
ricorum.

Lethe flu. inferorum, & interpretatur obliuio. In-
de Lethæus Etiam est flu. in Africa.

Lencas insula circa Epirum & urbs in ea caput
Acarnaniae.

Leucates promontorium Epiri prope Ambra-
tiam urbem. Vergil. mox & Leucate nimbofa cacu-
mina montis.

Leucothea, id est alba, sic dicta est Ino vxor Atha-
manthis, postquam submersa, facta est marina dea.

Leucothoe filia Orcani Babilonij, quam à Phœbo
gravidatam pater crudeliter defodit viam. Sed
Phœbus eam mutauit in arborem thuriferam, vt
ait Ouidius 4. metam.

Leuctra, orum oppidum Bœotiae.

Leutra oppidum Laconiae.

Libanus mons Phœniciae, vel inter Syriam &
Phœniciam.

Libetrices sunt musæ, dictæ sic vel à Libethra
fonte Magnesiæ, vel à Libethio spelunca Aoniae
prope Parnassum.

Liber Bacchus quod liberat à curis. Hinc libera-
lia, id est, Bacchanalia.

Libya regio Africæ Ægypto contermina, dicta à
Libya coniuge Epaphi filij Iouis Ponitur pro tota
Africa. Etiam dicitur Libye huius Libyes.

Liburnia regio inter Illyricum & Dalmatiam,
nunc vulgo nominatur Croatia, & potest esse pars
Sclauoniæ. Hinc Liburni dicuntur habitatores Li-
burniæ.

Lycambes vir Thebanus, de quo vide Archilo-
chus.

Lycia regio minoris Asiæ inter Pamphyliam &
Cariam, in qua sunt Patara & Myra vrbes insignes
illa ortu, hæc episcopatu diui Nicolai. Olim habuit
Lycia vrbes septuaginta. Item Lycij dicuntur inco-
læ Lyciæ.

Lycaona prod. rex Arcadiæ pater Calystonis, qui
solitus necare hospites, à Ioue cui idem facere ten-
tabat, est mutatus in lupum. Oui. primo Metam.

Lycaonia, regio minoris Asiæ iuxta Ciliciam.

Lycæus per diphtongon, mons Arcadiæ, in quo
fuit templum Panos vel Fauni vel Iouis Lycæi. Oui.
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lycastus vrbs Cretæ dicta à luporum copia.

Lycetus op. Cretæ. Inde Lycætinus, id est, Cretensis.

Lycopolis vrbs Æg. dicta sic à lupis qui hostes
fugasse dicuntur. Nam lycus Græce, lupus dicitur.

Lycus Thebanus exul, qui absente Hercule reuer-
sus Creontem regem occidit, & regnum tenuit. A-
lius rex Thebanus maritus Anticipæ, de quo supe-
rius Antiopa & Dirce. Item Lycos est flu. Asiæ.

Lyc-

Lycophron Chalcidensis tragoediarum scriptor. Item filius Periandri Tyranni, qui patri eò quod matrem occiderat, nunquam reconciliari potuit, neque post hoc patrem videre voluit.

Lycurgus Laedæmonius princeps & legumlator. Alius fuit rex Thraciæ, qui Bacchum contemnens cum vites amputare vellet, sibi crura amputavit. Alius item fuit Lycurgus rex Nemeæ, pater Opheltis.

Lydia regio in Asia minori, inter Cariam & Phrygiam.

Lyæus, id est, Bacchus, à Græco verbo lyo, quod est soluo, quia mentes hominum membra soluit.

Lygeris fluu. Galliæ Celticæ circa Bituriges & Aquitanos.

Liguria, id est regio Italiæ ab Apœnino ad mare Tuscum. Item à fluu, Varo ad Macram flumen, in quo sunt vrbes, Genua, Sauena, Naulum & Albigena, &c.

Lilybœum promontorium Sicilię versus Lybiam & vrbs ibidem.

Lindos vrbs in insula Rhodo, vbi solis maledictis Herculi sacrificabatur. Vnde sacrificare Herculi Lyndio vel Rhodo est maledicere.

Lynceus quidam vir miræ acuitatis in videndo. Horat. Non possis oculo quantum contendere lynceus, &c.

Lingones, populus Galliæ, in prouincia Lugdunensi. Lucan. Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Luternum vicus Campaniæ, vbi Scipio Africa-

nus inuidiæ cedens, obiit ac sepultus fuit.

Linus filius Mercurii vel (vt vult Ver.) Apollinis & Vraniæ musæ, Thebanus poëta antiquissimus.

Lynx rex Scythiæ qui Triptoleum à Cerere missum, vt frumenti vsum hominibus demonstraret, occidere tentauit, vt inuenti frumenti gloriam in se tranferret. Sed à Cerere mutatus in bestiam varij coloris.

Liris flu. in Italia prope Minturnas oppidum.

Lippare a curta, in tu, vna ex Æoliis in Siculo freto.

Lysippus sculptor nobilis. Martia. nobile Lysippi munus opusque vides.

Lysander Lacedæmonius dux clarus, qui Athenienses prælio superauit, tandem occisus à Thebanis.

Lisus flu. Thraciæ, epotus ab exercitu Xerxis, vt scribit Herodor.

Lixos vrbs Mauritanix, regio quondam Athei gigantis; vbi etiam fuisse leguntur horti Hesperidum.

Locri populi Græciæ in Locride regione iuxta Bœotiam. Item pop. & vrbs Brutiorum super Lucrino monte in finibus Italiæ contra Siciliam.

Lothophagi pop. Africa, dictus quod loto vescatur. Nam loto est arbor habens poma dulcissima, sed infalubria, quæ arbor abundat apud Lothophagos, ad quos cum venisset Vlysses, socios suos vix potuit abducere.

Luca vetus vrbs Tusciæ, vel Hetruriæ. Inde Lucensis.

Lucania regio Italiæ, inter Apuliam & Calabriam vel inter Campaniam & Brutiū. Inde Lucanus.

Luceria vrbs Apulix.

Luce

Luceres milites Romuli vel tertia pars pop. Rom.
tempore Romuli regis dicti à Lucerio principe.

Lucetia est regia vrbs Gallix, scilicet, Parisij se-
cundum aliquos. Alij scribunt Lutetia.

Lucina dea partus, quasi lucem dans & est Diana.

Lucretia nobilis Romana vxor Collatini, quam
Tarquinius regis Tarquiniij filius per vim stuprauit.
Quod ipsa cum patri & viro indicasset, cultro se oc-
cidit, & causam dedit vt rex cum prole expellere-
tur, & vrbs libera fieret.

Lucrinus lacus Campanix, sic dictus à lucro pro-
pter copiam piscum.

Lugdunum vrbs Gallix à Planco Rom. procon-
sule condita in colle, vbi Arar Rhodano miscetur,
Gallice dicitur Leons.

Luna fuit opp. Hetrurix ad mare Lygusticum ad-
huc habens portum egregium.

Lupercal erat locus Romæ & specus sub monte
Palatino, vbi colebatur Faunus vel Panlyceus con-
tra lupos. Hinc lupercalia quædam festa aut ludi, &
luperci qui lupercalia agebant, qui currebant nudi
& caprina pelle mulieres percutiebant, quod puta-
bant conferre ad fœcunditatem Iuue. nec prodest
agili Dalmas præbere lupercis.

Lusitania est regio & pars vltioris Hispanix
nunc Portugallia appellata.

DE LITERA M.

Machaon media producta, filius Esculapij, cla-
rus medicus, sic & frater eius Podalyrius.

Macareus filius Aeoli, qui Canacem sororem
suam impregnauit. Vide superius Canace.

Macedonia est regio Græciæ inter Thraciam & Thessaliam. Vnde Macedo curta, id est habitator Macedonia.

Macra flu. Liguriam separans ab Hætturia.

Mæander flu. Asiæ vel Phrygiæ crebris flexibus ita curuatus, ut in se reuerti credatur. Oui. Quidque recuruatis Iudit Mæander in vndis.

Mænalus mons altissimus in Arcadia syluosus.

Mænades, mulieres insanæ, & Bacchi sacerdotes, id est, ebriosæ.

Mæotis o longa magna palus Scytharum ex fluuio Tanai orta, & in Pontum exiens.

Mæonia regio minoris Asiæ. Alio nomine Lydia.

Mænoides Homerus dicitur à Mæone rege qui eum educauerat, vel à regione Mæonia, vnde Mænius dicitur.

Magnesia regio Græciæ annexa Thessalicæ, cuius populi dicuntur Magnesij vel Magnetes.

Est etiam Magnesia vrbs in Ionia.

Maja filia Atlantis ex Pleione nymphea, mater Mercurij.

Malea promontorium Græciæ in Laconia, vbi vnda sæuissima est & periculosa nauigatio. Et inuenitur media nunc longa, nunc breuis. Verg. Ionioque mari Maleæque, sequacibus vndis. Statius, Destinet & rauca circumsonat ira Maleæ. Nomen autem sumsit à Maleo rege Argiuorum, qui super hoc fecit Apollinis templum, quod Maleoticum dicitur.

Mallos oppidum Siciliæ. Vnde Mallota gentile nomen.

Malia-

Maliacum mare quod est circa Thessaliam, dictū à Malea vrbe. (cilia.

Mamertini popu. Campaniæ. Et alius item in Si-
Manichæi hæretici, ponentes duo principia vel
duos deos. Vnum bonum, alterum malum. Item di-
cebant Christum non habuisse verum corpus vt cæ-
teri homines.

Mantua vrbs Venetiæ vel Galliæ Italicæ, id est,
Longobardiæ prope Alpes, quam condidit Ocnus
filius Mântûs, & à nomine suæ matris appellauit,
hæc fuit patria Vergilij poëtæ.

Manto filius Tiresiæ vatis Thebani, quem cæcum
ducebat, & patre mortuo in Italiam venit, & ex Ti-
berino rege Tusciæ genuit Ocnum, qui Mantuam
condidit.

Marathon opp. in Attica, distans ab Athenis cir-
citer decem millia passuū, citra quod Theseus tau-
rum terribilem occidit, & Milciades Persas vicit, vt
infra scribemus.

Marcomani a curta, populus Germaniæ interio-
ris, Rhenum bellandi causa transgressus, Statius
Quæ modo Marcomanos post horrida bella vagos-
que Sauromatas.

Mareotis regio Libyæ Ægypto vicina. Vnde Ma-
reoticus, a, um.

Marica fuit nympa quædam marina, & quidam
credunt fuisse Venerem marinam.

Marmaridæ sunt pop. Africæ in Mareotide regio-
ne. Vnde & Marmaricus pro Libycus accipitur.

Marpesius est mons lapideus in Paro insula. Inde
Marpesius, id est marmoreus.

Marfyas vir Phrygius, qui cantu tibiæ cum Phœbo certauit. Sed à Phœbo victus, pro pœna fuit excoriatus, & mutatus in flu. Oui. sexto Meta. Iuuen. Occurris fronte obducta ceu Marsia victus.

Marcion hæreticus ponens duo principia, scilicet bonum & malum.

Marfi pop. Italiæ inter Pelignos & Samnites, qui contra serpentes naturalem vim habuisse dicuntur.

Mars deus belli, filius Iouis & Iunonis, vel (vt alij ponunt) Iunonis tantum. Nam vt fabulatur Ouid. Flora dea Iunoni petenti florem ostendit, cuius tactu concepit & Martem peperit. Hinc Martius, id est pertinens ad Martem, vel bellicosus.

Massagetæ pop. Scythicus. Lucanus, Massagetes quo fugit equo volucresque Geloni.

Masinissa rex Numidarum in Africa, amicus populi Romani.

Massilia vibs Galliæ Narbonensis ad mare, à Phœncibus condita, vbi Mariæ Magdalenæ corpus habetur.

Massyli pop. Africæ prope Mauritaniam.

Massicus mons Capaniæ, proferens egregia vina.

Matrona est fluu. Galliæ, ortus in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis separans.

Matuta est primæ lucis dea, scilicet aurora. Inde matutinus.

Matinus mons in Apulia, & Matini popu. ibidē.

Mauors, id est, Mars deus belli. Ouid. Sic ego, sic posita dixit mihi Casside Mauors.

Mauri pop. Africæ niger in Mauritania, à mauron, quod & Græcè significat nigrum, quia nigri sunt.

Mau-

Mauritania est regio Maurorum in fine Africæ Hispaniam versus. Nam à Bethyca separantur Geditano freto.

Mausolus rex Cariz, cui mortuo Artemisia vxor fecit sumptuosissimum sepulchrum, quod dicitur Mausoleum. Et inter septem orbis miracula numeratur.

Medea filia Ætæ regis Colchorum ex Hypsea coniuge, quæ Iasonem ex Thessalia cum argonautis profectum amauit. Et cum iurasset ille, quod eam nunquam relinqueret, adiumento fuit vt vellus aureum acquireret, & draconem occideret. Cum igitur cum Iasone clam abiret, & pater eam sequeretur, vt illum retardaret, fratrem suum paruulū nomine Ægyaleum vel Absyrtum quem secum habebat, occidit, & eius corpus membratim discerpit, &c. Cumque iam multis annis cum Iasone vixisset in Græcia & aliquot filios ex illo habuisset, Iason eam repudiauit, & Glaucam Creontis regis filiam duxit, Medea verò repudiata, filios Iasonis occidit, & regiam incendens Glaucam & Creontem exussit. Sed Iason seipsum interfecit. Postea Medea facta est vxor Ægei regis Atheniensis. Deinde in Asiā refugit, vbi ex rege Medum filium suscepit, à quo Media prouincia appellata. Erat autem Medea venefica & incantatrix præcipua, vnde dicitur Esionem Iasonis patrem, ex sene iuuenem fecisse suis herbis & carminibus. Vocatur etiam Aetias à nomine patris, & Colchis à regione patriæ.

Media regio maioris Asiæ, Assyriæ & Persidi adiacens. Inde Medus, id est, aliquis ex Media, & Medeus e producta.

Mediolanum vrbs metropolis Insubrium Gallo-
rum in Italia trans Padum, non procul ab Alpibus.

Medusa, u prod. filia Phroci vna Gorgonum, quæ
à Neptuno in templo Palladis stuprata fuit, quare
Pallas irata, capillos eius mutauit in angues, fecit
etiam vt omnes eam inspicientes mutarentur in la-
pides, quod propter eius pulehritudinem fictum est.
Postea Perseus, Iouis & Danaes filius acceptis à Mer-
curio talaribus, id est, alis, & ense falcato, item à Pal-
lade scuto accepto, Medusam dormientem decolla-
uit, & illo capite hostibus ostenso illos in saxa mu-
tauit. Postea Pallas hoc caput imposuit ægidi, id est,
scuto suo.

Megara est vna de tribus furiis infernalibus.
Claud. Improba mox surgit tristi de sede Megara.

Megara filia Creontis & vxor Herculis, quam ille
furens occidit.

Megarum pars Atticæ, in qua est vrbs Megara. Item
Megaris est etiam vrbs Siciliæ, & corripit a.

Melas flu. in Asia, & alius in Thracia, & alius itē
in Bœotia à Parnasso fluens, & Palladi sacratum,
quoniam oliuis obsitus est. (dicus.

Melampus Amythaonis filius Argiuis vates & me-
Meleager, a prod filius Oenei regis Ætolia. Cum
autem grandis aper Ætoliam deuastaret, Meleager
ad illum occidendum conuocauit proceres, inter
quos fuit Atalanta virgo, quæ aprum prima vulne-
rauit, Meleager autem eius amore captus, cum aprū
ipse occidisset, illi caput apri dedit. Quod ægre fe-
rentes duo auunculi Meleagri, caput virgini volebāt
auferre, sed Meleager illos occidit. Tunc Althea so-

tor occisorum & mater Meleagri, vt neces fratrum vindicaret, fatalem stipitem igni imponens Meleagrum pariter exussit. Nam Meleagro recens nato, Althæa mater eius Parcas vidit stipitem igni imponere ac dicere: O puer tam diu viues quàm diu hic stipites. Althæa ergo Parcis abeuntibus, mox stipitem igni extraxit, & diligenter custodiuit. Iam verò erga fratres pia, sed erga filium impia, illum stipitem rursus igni imposuit, quo combusto, Meleager etiã combustus fuit. Ouid. 8. Metam.

Melicerta vel Melicertes deus quidam marinus, alio nomine Palæmon. Vide superius Ino.

Melesigenes est proprium nomen Homeri poëtæ, sumptum à Melete flu. prope quem natus est. Nam Homerus postea cognominatus fuit à cæcitate sua, vt scripsimus.

Melissus vetus rex Cretensium, cuius filiæ Iouem infantem pauerunt. Alius eo nomine fuit philosophus Samius auditor Parmenidis.

Melite insula inter Africam & Siciliam, melle abundans.

Melpomene penultima curta, est vna musarum dicta à Græco verbo melpomai, quod est canto, vel à melodia.

Memphis nobilis & regalis vrbs in Ægypto, ad Nilū sita. Inde Memphiticus & Mēphitis adiectiua.

Memnon filius Tithoni & Auroræ, qui Troianis ex oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans ab Achille occisus fuit, ad cuius sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Æthiopia volant aues, quas vocant Memnonias.

Menalippus Thebanus qui Tideum occidit, & ab illo occisus & laceratus. Vide Tideus.

Mendes vrbs in Ægypto. Vnde Mendesiū ostium vnum Nili & oppidum.

Menalippe regina Amazonum ab Hercule capta. Mænelaus superius Menelaus.

Menapij pop. iuxta Rhenum flu. Olim inter Gallos Belgas, nūc inter Germanos computatus, & vulgo Iuliacense appellatur.

Menelaus filius Atrei frater Agamemnonis, rex Spartaē ciuitatis, & maritus Helenæ, quam rapuit ei Paris.

Menedemus Eretriensis sophista, auditor Platonis temporibus Socratis.

Menecides Patroclus filius Menetij, amicus Achillis.

Mencæus per tres syllabas, nobilis Thebanus filius Creontis, qui postea rex fuit. Argiuis autem Thebas valde oppugnantibus Tyresias vates ait urbem expugnandam, nisi aliquis de progenie illorū qui nati fuerant de dentibus serpentis, occisi per Cadnum morti se traderet. Itaque Mencæus super murum stans ense suo se transfixit, & in hostes se demisit. Et mox illo viso, hostes abierunt. Ita narrat Statius Thebaidos libro 10.

Menander Græcus poëta Comicus.

Mentor cælator paterarum egregius.

Mæonia & Meonides, quæ e ante Mæonia.

Mercurius filius Iouis & Maia filiaē Atlantis. Hic dicitur deus eloquentiæ, & interpret aut nuncius deorum. Cicero enumerat quinque Mercurios, sed parum refert.

Meroe

Meroe insula Nili apud Æthiopes, in qua foeminae solebant imperare. Item sunt ibi foeminae mammosae, id est grandibus mammis. Iuven. Quis tumidum guttur miratur in Alpibus, aut quis in Meroe crasso maiorem infante mamillam.

Messana vrbs Siciliae propinqua Peloro, colonia ciuium Rom. cuius habitatores vocantur Mamertini, quia à Mamertinis Campaniae populo venerunt.

Messenia regio in Achaia, habens montes octodecim: In qua regione est ciuitas Messene.

Mesopotamia regio orientalis inter Tigrim & Euphratem flu. sita vnde & nomen habet. Nam in eos Graece, medius Latine. Potamos vero flu. dicitur. Igitur haec regio habet ab oriente Tigrim, ab occidente Euphraten, à meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum.

Metaurus flu. Umbriae praeterfluens urbem Fanum circa quem M. Liuius & Claudius Nero profligauerunt Hasdrubalem fratrem Hannibalis.

Metapontium vrbs in sinu Tarentino.

Methymna vrbs in insula Lesbo vbi bonum nascitur vinum.

Metius Suffetius, dux Albanus tempore Tullij regis Romanorum, à quo rege vocatus ad bellum Metius contra Fidentes, venit quidem, sed praelio abstiuit suos. Tullus vero hostibus superatis Metium equis in diuersa nitentibus alligatum, discerpi fecit.

Mycenae Mycenarum, vrbs Achaiae à Perseo condita prope Argos, quae quandoque habuit imperium Achaiae, & tandem ab Argiuis eversa. Hora. Aptum dicet equis Argos ditesque Mycenae.

Micipsa

Micipsa rex Numidarum, filius Masiniffæ regis.
De quo Sal. in Iugurthino. Fuit enim Iugurthæ pa-
trius. (cladum.

Micone, o curta, insula prope Delum & vna Cy-
Mydas Gordij filius rex Phrygiæ ditissimus. De
hoc fabulantur, quod Bacchus ei dedit optionem
petendi à se quicquid vellet. Ipse autem petiit, vt
quicquid tangeret, aurum fieret. Annuente Baccho,
Midas, vt rem experiretur, attigit ligna, lapides &
poma, & mox omnia erant aurea. Sed cum cibus &
porus à se contacti aurum fierent, tunc tandem sen-
sit, se stultè petiisse, & pœnitens Bacchum orauit, vt
hoc munus auferret. Cui Bacchus iussit, vt in Pacto-
lo flumine se lauaret, & sic liberaretur. Vnde tunc
aurum esse cœpit in Pactolo. Postea cum Phœbus
& Pan carmine cantarent, & Tmolus mons iudex
electus pro Phœbo sententiam tulisset, Midas qui
etiam aderat, ingenij stoliditate Pana prætulit. Qua-
re indignatus Phœbus, aures asininas Midæ fecit,
quas Midas sic occultauit, vt nemo sciret præter ton-
sorem. Tonsor autem tam nouam rem neq; tacere
potens, neq; proloqui ausus fossam fecit in qua cla-
mauit hæc verba, Aures asininas habet rex Midas.
Deinde fossam terra redoperuit. Successuq; tempo-
ris creuerunt illic arundines, quæ commote, vocem,
quam tonsor infuderat, reddiderunt. Hæc omnia
Ouid. lib. ii. Metam.

Mygdonia regio littoralis Macedoniæ.

Milciades dux clarus Atheniens. qui cum vnde-
cim milib. suorū profligauit sexcenta milia Persarū
in campis Marathoniis. Postea tamen damnatus pe-
culatus,

culatus, in carcerē cōiectus obiit. Neq; sepeliri permissus est, antequā filius eius vincula patris assūpsit.

Miletus e longa, vrbs metropolis in Ionia aut Asia. Alia est in Creta. Alia in Lesbo. Inde Miletus.

Miletum opp. in Attica iuxta Bœotiam.

Milo Crotoniata, id est, ex vrbe Crotone fortissimus, vir, qui vnum bouem per stadiū portabat humeris, eundemq; manu occidit. Alius fuit Romanus qui Clodium occidit.

Mimolones o curta, vel Mimallonides dicuntur foeminae bacchantes, id est, Bacchi sacra peragentes, à Mimante monte Asiae.

Mincius flu. Italiae, qui ex Benaco flu. ortus, vrbe Mantuam circuit, deinde fluit in Padum.

Minerua, id est, Pallas filia Iouis, ex cuius cerebro nata dicitur, id est, dea sapientiae & artium, & bellorum. Ponitur pro natura, pro ingenio, & pro arte.

Minyae, arū, pop. Thessaliae qui cū Iasone nauigauerūt in Colchos. Luca. Myniae gens cognita remis.

Minos filius Iouis & Europae, rex Cretensium, quibus & leges scripsit. Hinc fingitur à poëtis esse iudex apud inferos, sicut & frater eius Rhadamanthus.

Minois idis, id est, filia Minois, scilicet Ariadne, de qua ante.

Minotaurus (vt poëtae volunt) erat monstrū natum ex Pasiphae vxore Minois, habēs formam partim hominis, & partim tauri, quod Pasiphae concepit ex tauro: vnde vocatum est Minotaurus. Quod inclusum Labyrintho, carnibus humanis vescebatur. Coegit etiam Minos Athenienses, qui Androgeum filium suum occiderant, vt quotannis in Cretam

tam

tam mitterent 7 filios, & 7 filias Minotauro comedendos. Tertio autem anno Theseus sorte missus Minotaurum occidit, & auxilio Ariadnes filiae Minois Labyrintho egressus euasit.

Minturnæ oppidum Campania.

Myrmidones pop. Æginæ insulæ, quos fabulantur ex formicis ortos. Nam myrmix Græce formica dicitur. Reuera tamen ita vocantur, quia sunt laboriosi vt formicæ.

Myron statuarius insignis.

Myrrha filia Cynaræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio cum illo ignorante quòd filia sua esset concubuit. Postquam verò pater filiam suam esse rescuit, eam gladio voluit occidere, sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis, genuit quoque filium nomine Adonidem, de quo superius.

Myrtilus auriga Oenomai, id est regis, de quo supra Hippodamia.

Myrtoum mare est pars maris Ægei à Myrilo denominatum.

Mysia prouincia Helleponti vel pars Thraciæ versus orientem scilicet, à Triballis vsq; ad Euxinum, quæ hodie vocatur Bulgaria, quidam scribunt Mœsia, sed melius putatur Mysia.

Misenus e longa, promontorium Italiæ in Campania, dictum à Miseno Troiano tibicine, qui primū Hectoris, deinde Æneæ comes fuit. Sed cum in Italiam venisset Æneas, Misenus Tritonem marinū deum & tubicinem prouocauit ad certamen. Triton autem indignatus illū submersit, vt Verg. ait in 6. Et sepul-

sepultus est in mōte qui ab eo Misenus appellatur.

Mithridates a longa, maximus rex Ponti, qui 66. annis bellauit cum Romanis. Nam sepe victus semper rebellauit. Tandem cum à filio quoque persequeretur, seipsum occidit. Alius rex Parthorum.

Mitylene penul. prod. oppidum in insula Lesbo.

Mnemosyne mater nouem musarum, & interpretatur memoria.

Moabitæ sunt quidam Arabes, appellati sic à Moab filio Loth.

Molorchus fuit pastor in Nemæa sylua, qui rogauit Herculem vt ibi occideret leonem.

Memphis vrbs in Ægypto.

Monacris mons Arcadiæ.

Monychius propriū nomen Centauri, qui in bello contra Lapithas arboribus utebatur pro telis. Iuuen. Quantas iaculetur Monychus ornos, & interpretatur solus vnguis vel solidas vngulas habens.

Monæcus arx & portus Liguriæ, vbi templum Herculis fuit.

Molossia pars Epiri, & pro toto Epiro ponitur. Inde Molossus, i. epiroticus & molossi magni canes.

Mœsia ciuitas Helleponti, & regio circa Pannoniam & Macedoniam, & Mysia. Vide superius.

Morini, i. curta pop. Galliæ Belgicæ, ad Oceanum contra Angliam. Verg. Extremiq; hominum Morini. Horum vrbs Gallicè Teranana dicitur.

Morpheus filius aut minister Somni dei, qui morpheus inducit dormientibus varias formas & apparitiones. Ouid. II. Metam. Excitat artificem simulatoremque figuræ Morphea.

Mulci-

Mulciber Vulcanus deus ignis, sic dictus quod mollit ferrum.

Munda vrbs Hispania Boeticæ, vbi Cæsar pugnavit contra filios Pompeij.

Murranus fuit priscus Latinorum rex, à quo deinde alij reges latini omnes dicti sunt Murrhani, sicut Albanij reges dicti sunt Syluij & Ptolomæi.

Musæ sunt nomen filia Iouis & Mnemosine, id est memoriæ quæ poësi & musicæ præfunt, & cunctis bonis artibus. nam musa Græcè, latinè cantum significat. musarū nomina sunt Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Calliope, Urania. De his singillatim vide suis locis. Dicuntur autem in Helicone monte Bœotia, vnde vocantur Heliconides. Habent & alia multa nomina quæ suis locis inuenies.

Musæus vetustissimus poëta Græcus, temporibus Orphei, filius Apollinis, vel (vt alij dicunt) Eumolphi. Mutina, i curta, vrb Italia in Flaminia.

Mutius nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porsena rege Romam obsidente solus iuit in castra regis vt illum occideret Sed cum regem non cognosceret, & alium pro rege necasset, comprehensus, & coniuatos prodere iussus, manum suam diu in igne tenuit, vt ostenderet nulla pœna se vinci posse. Rex autem admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit vt sibi caueret, quia trecen'i Romani coniuassent ita facere sicut ipse fecerat. Quapropter rex pacificatus est cum Romanis. Fuit alius Mutius postea clarus iuriconsultus.

DE LITERA N.

N Abatheia regio Orientalis inter Arabiam & Indiam sita, dicta à Nèbath filio Hismaël. Ponitur etiam adiectiuè. Ouid. Euris ad auroram Nabathæa que regna recessit.

Naiades a curia, dicuntur nymphæ fontium vel fluminum. In singulari dicitur Naias per duas vel tres syllabas (fluo.

Nais nomen nymphæ aquaticæ, à nao quod est

Napææ sunt nymphæ sylvarum. nam nape sylua dicitur Verg. Faciles venerare napæas.

Narbo clara ciuitas Gallia ad ostium Rhodani, à qua denominata est Gallia Narbonensis, quæ & Braccata dicitur, & vulgo Gothia, vel (vt alij putant) Delph natus.

Naricia vrbs Locridis in Græcia. Etiam vrbs Calabria, quæ & Locri dicitur, scilicet à Locrensibus illic condita. Verg. Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. Quidam etiam scribunt Naritiam esse insulam in Ionio, sed verius illa dicitur Neritos. Vnde Vlysses Neritius, non Naritius appellatur.

Nar flu Umbria qui Narninam urbem perfluit.

Narcissus filius Cephisi fluminis & Lytiopes nymphæ, qui iuuenis pulcherrimus & venator cū à multis nymphis, & præcipue ab Echo nymphæ amaretur, omnes tamen superbè contemneret, tandem sua ipsius forma captus est. Nam cum formam suam in fonte vidisset, ac nympham esse putasset, cum ea potiri non posset, nimio desiderio contabuit, mutatus in florem purpureum. Ouid. 3. Metam.

Nasamones pop. ferus & crudelis in Africa pro-

pe Syrtis, de spoliis naufragorum viuens. In singulari dicitur Nasamon media curta, & in obliquis o producta.

Nasica, i longa, fuit agnomen cuiusdam Scipionis nobilis Romani, qui Gracchum seditiosum virum occidit.

Nausica, æ, i longa, filia Alcinoi regis Phæacum. Naucratis oppidum Ægypti.

Nauplius pater Palamedis. Vide Caphareus.

Naxos insula in Ægæo vna Cycladum vini ferax, quæ & Dia dicitur, & Strongile.

Neapolis vrbs insignis Campaniæ ad mare sita, quæ & Parthenope dicitur.

Necropolis opp. Ægypti, distans ab Alexandria triginta stadiis, vbi Cleopatra anguibus admois vberibus se extinxit, ne in triumphum duceretur ab Augusto.

Neleus filius Neptuni & pater Nestoris, qui Neleus urbem Pylon condidit in Laconia, & 12. filios genuit, quos omnes præter Nestorem Hercules occidit, & urbem euertit.

Nemea, e curta, regio Arcadiæ inter Cleonas & Phliuntem vrbes, in cuius regionis sylua Hercules leonem occidit, & illius pelle induebatur. Hinc adiectiuum Nemeæus, quod e producit, nam diphthongus est.

Nemesis, e curta, dea indignationis quæ de felicitate superbientes vlciscitur. Interpretatur enim indignatio. Eadem Rhamnusia vocatur.

Neoptolemus filius Achillis ex Deidamia, alio nomine Pyrrhus. Neoptolemus, interpretatur novus miles.

Ne-

Nephele mater Phryxi & Helles, quæ ob id Nepheleis dicitur.

Neptunus filius Saturni ex Ope, habitus deus maris. Nam Saturnus tres filios habuit, Iouem, Neptunum, Plutonem, qui regiones ita diuiserunt, vt Iupiter haberet loca superiora, Pluto inferiora, Neptunus marinas vel insulas. Vnde finxerunt poëta Iouem esse deum superiorum, Plutonem inferorum, Neptunum verò aquarum.

Neritus mons in insula Ithaca, & pro ipsa insula sæpe ponitur. Verg. Et Neritos arduus saxis. Hinc Ulysses huius rex insulæ, vocatur Neritius.

Nessus fuit rex Centaurus quæ Hercules occidit. De hoc vide superius Deianira. Inde Nessus a um.

Nereus Oceani & Tethyos filius, marinus deus, & ponitur pro mari.

Nereides filia Nerei, scilicet nymphæ inarina.

Nestor filius Nelei rex Pyli, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam venit cum Græcis, cum esset natus annos amplius ducentos. Nam tertiam ætatem hominum viuebat, eratq; facundus & dulci loquela.

Neuius antiquus poëta Comicus Romæ.

Nicea vrbs Bithyniæ metropolis, secundū Strab.

Nicomachus nobilis medicus pater Aristotelis.

Item alius filius Aristotelis.

Nicostrata regina Arcadiæ mater Euandri: Alio nomine Carmentis.

Nicomedia vrbs Bithyniæ.

Nicopolis vrbs in Epiro, quam ita vocauit Augustus à victoria quam habuit ibi de Antonio. Itē alia vrbs in Ægypto.

Nycteis, i. Antiopa filia Nyctei Vide Antiopa.

Nyctileus, id est Bacchus, quod interpretatur nocturnus, quia noctibus fiebant eius sacra.

Nyctimene puella quæ cum patre concubuit, mutata ob id in noctuam. Ouid 2. metam.

Ninus filius Beli secundus, aut potius primus rex Assyriorum. Nam Belus solam habuit Babyloniam, Ninus verò totam Assyriam.

Ninus vel Niniue, vrbs magna quam Ninus rex condidit.

Niobe, o curta, filia Tantali & vxor Amphionis regis Thebarum, quæ septem filios & totidem filias præstantibus formis habens superbiuit, & Latonæ matri Apollinis & Dianæ se prætulit. Quapropter Apollo omnes eius filios & filias sagittis occidit, & Niobe præ nimio dolore facta immobilis, mutata dicitur in lapidem. Ouid 6. metor.

Niphate a longa, flu. in Armenia & mons.

Nireus rex Naxi, formosissimus post Achillem in exercitu Græcorum ad Troiam.

Nisa ciuitas Ægypti propinqua Arabiæ, in qua Bacchus nutritus fuit. Alia ciuitas Indiæ à Baccho condita. Item pagus in Helicone monte. Hinc Bacchus vocatur Nylæus.

Nisyros parua insula, non longe à Coo, vbi nascuntur optima vina.

Nisus rex Megarensis, habens capillum purpureum, de quo fatum erat, quod cum priuaretur capillo, amitteret regnum. Cum ergo Minos rex Nisum obsidens amaretur à Cylla filia Nisi, ipsa vt Minorem sibi conciliaret, capillum patris abscidit. Deinde

inde Nifus dicitur mutatus in auem haliaetum, quæ est species aquilæ, & valde persequitur Cyrim auem in quam Scylla fuit mutata. Vergil Georg. Ouid. octavo Metamor.

Nifus etiam Troianus Hyrtaci filius, & summus amicus Euryali, qui cum Ænea venerunt in Italiam. Et cum hi duo noctu transirent per hostes dormientes, & illorum multos occidissent, tandem ab equitibus Euryalo comprehenso & occiso, Nifus cum fugere potuisset, maluit cum amico mori, necato tamen prius illius occifore, Verg. 9 Æneid.

Neos flu Thraciæ descendens in Istrum.

Nola vrb Campaniæ, quæ prius Sidicinum dicebatur.

Nomades gens Scythica ultra Rascianos, nunc Tartari dicuntur. (icebatur.

Nomentum opp. Sabinorum, vbi bonum vinum nascitur.

Nonacris mons Arcadiæ, à quo Atalanta dicitur Nonacrine, quasi filia Nonacris vel Arcas.

Noricum est regio Germaniæ, quæ nunc Bauaria dicitur.

Nuceria ciuitas Campaniæ, nouem millibus passuum à mari.

Numa Pompilius secundus rex Rom. ex Curibus oppido Sabinorum, electus in regem, qui populum Rom. à ferocia bellorum conuertit ad cultum deorum. Nam multas superstitiones induxit.

Numantia vrb Hispaniæ in Celtiberia, quæ à Romanis obsessa per annos 14. cum haberet tantum quatuor hominum millia, non solum sustinuit, sed etiam vicit 40. millia Rom. Tandem tamen à Scipio

pione posteriore post longam & arctissimam obsidionem deleta. Cum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua & seipso igni immiserunt.

Numicus i longa, flu. in Latio prope Lauinium, in quo submersus fuit Æneas.

Numidæ populus ferus in Aphrica inter Carthaginem & Mauritaniam, quorum regio dicitur Numidia, vulgo autem Barbaria nunc vocatur.

Narsia Sabinorum opp. non ignobile in altis Umbriæ montibus, cuius ciues Nursini vocantur.

DE LITERA O.

O Axis flu. Cretæ insulæ, dictus ab Oaxæ filio Apollinis. Vnde & Oaxia vrbis ibidem, autores sunt Vibius & Plistenes. At Seruius putat fluuium esse Mesopotamiæ, quem non sequuntur in hoc alij commentatores Vergilij.

Oceanus est mare quod vniuersam terram circuit, & à terris propinquis denominatur, vt apud Britanniam dicitur Oceanus Britannicus, apud Gades Gaditanus, apud Indiam Indicus. Intrat verò terram inter Hispaniam & Africam, inter Asiam & Europam per Bosphorum & Hellespontum.

Octauia soror Augusti, quam M. Antonius uxorem habuit, & post repudiauit. Alia fuit filia Claudij Imperatoris, quam Nero habuit uxorem, & eam occidit, vnde est tragædia Senecæ.

Octavius pater Augusti, qui ex hoc dicitur Octavianus, & quandoque etiam Octavius, vt apud Iuuenalem.

Oenus filius Tiberij regis Tuscorum, & Mantus filia

filiae Tirefiæ, qui Oenus Mantum condidit, & alio nomine Pianor dicitur.

Odrisæ vel Odrisii sunt pop. Thraciæ.

Sequentia nomina habent initio œ diphthongon, quæ sonant e.

Oebalia est Laconia ab Oebalo rege sic dicta. Inde adiectiuum Oebalius, id est, Laconicus. Stat. Soluerat Oebalio classem de littore pastor. Itē Tarentum vrbs Calabriae dicitur Oebalia, quoniam fuit à Laconibus condita.

Oeagrus flu. Thraciæ, pater Orphei.

Oechalia vrbs Laconia, quam Hercules euertit propter Iolem filiam Euryti regis, qui eam sibi desponsatam postea negarat.

Oedipus filius Laii regis Thebani & Iocastæ, quondam natus pater Apollinem consuluit, qui respondit, eum à filio nascituro necandum, quare Laius infantem mox ut natus fuit, pastori necandum dedit. Pastor autem puerum perforatis illius pedibus & transmissis vimine, suspendit ad arborē. Sed Phorbas pastor Polibij regis Corinthiorum inuentum puerum ad reginam suam portauit, quæ liberos non habens, eum pro filio educavit, & à pedum amore nominauit Oedipodem, qui cum adoleuisset, orta inter Phocenses seditione, patrem nescius occidit. Deinde cum Sphynx monstrū stans in colle apud Thebas, ænigma transeuntibus proponeret, ac soluere nescientes occideret, statutū fuit ut quisquis Sphyngos ænigma solueret, Iocastæ nuptiis & regno Thebano potiretur. Tunc Oedypus sphynga deuicit, & regnum Thebanum accipiens, etiam ma-

trem. nescius duxit vxorem, & ex ea genuit Polinice-
cem & Eteoclem filios, qui postea de regno certan-
tes, mutuis perierunt vulneribus. Tandem Oedipus
cum cognouisset quod occidisset patrem, & matrem
duxisset, oculos sibi eruit. Quem Antigone filia du-
cebat, & se occidere volentem custodiebat. Declinatur
Oedipodis & oedipi. Legitur etiam Oedipos
in nominatiuo.

Oenone o longa, nympa Phrygia amica Paridis
antequam raperet Helenam.

Oeneus rex Aetoliae, pater Meleagri, qui inde di-
citur Oenides. Ouid. Coniugis Oenides versus in
arma prece est.

Oenomaus filius Martis, rex Arcadiae. Vide supra
Hippodamia. (rum.

Oenotrij dicuntur Itali ab Oenotro rege Sabino-
Oenoria dicitur Italia vel à copia & bonitate vi-
ni, vel ab Oenotro filio Lycaonis qui ex Arcadia in
Italiam venit.

Oetha mons inter Macedoniam & Thessaliam,
vnde Hercules Oetheus dicitur, quoniam in Oetha
fuit exustus & sepultus.

Oeta verò sine diphthongo per tres syllabas, fuit
rex Colchorum, pater Medae. Ouid. Excipit hospi-
tio iuuenes Oeta Pelasgos. Sed melius scribitur per
æ diphthongon Aeta. Vide superius.

Oetus Gigas filius Aloeï, & frater Ephialtis. Vide
Aloeus.

Ogyges rex antiquissimus Boeotiae, Thebas ædifi-
cauit. Inde Ogygius, id est, Thebanus, & Ogygiae
ipsi Thebani.

Ogy-

Ogygia insula Phoenicij maris, vbi Calypso re-
gnabat.

Oiclus Argiuis, id est, Amphiarai pater. Vnde
Amphiaraus Oiclides dicitur.

Oleus i longa, rex Locrorū, pater Aiakis vnus.

Olenus e curta, vrbs Arcadiae vel Achaiae, vbi nu-
trita fuit capra Amalthea, quae Iouem infantem
aluit. Hinc ipsa capra in caeleste signum relata dici-
tur Olen a. Quid. Nascitur Olenia signum pluuiale
capellae.

Olympia locus in Achaia inter Eliden & Pisam
vrbes, vbi erat templum Iouis Olympij, vbi etiam
Hercules instituit ludos curules & gymnicos, qui
celebrantur quinto quoque anno, & illi ludi vocan-
tur Olympia plur.

Olympias verò est tempus quatuor annorum, sci-
licet spatium de vnis Olympiis ad alteram.

Olympus mons altissimus in Graecia inter Thef-
saliam & Macedoniam, qui nubes transcendit. Et
dicitur ab olos, quod est totus, & lampos quod est
splendens, vnde pro caelo capitur. Est & alius Olym-
pus in Gallograecia, alius in Mysia, alius in Aethio-
pia ad mare rubrum.

Olynthus vrbs Thraciae iuxta Beticam, ab Athe-
niensibus tandem euersa.

Omphale, o curta, puella & regina Lydiae, cui Her-
cules propter amorem seruiuit vt ancilla dominae.

Ophiuchus est signum caeleste, quod alij putant
Herculem esse, alij Aesculapium, & interpretatur
anguitenens, vt serpentem tenens. Male scribunt
aliqui Ophiolchus.

Opheltes filius Lycurgi, à serpente necatus. Vide supra Archemorus.

Ops filia Cœli & Vestæ, soror & vxor Saturni, quæ etiam Rhea dicitur. Hinc Opalia festa Opis, & Opigena Iuno filia Opis.

Opis nymp̄ha comes Dianæ. Verg. Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.

Opus huius Opuntis, vrbs Locridis, à quo Locrenses vocantur Opuntij.

Orcamus rex Assyriorum. Vide Leucothea.

Orcades insulæ multæ in Oceano Boreali, ultra Britanniam, syluosæ & incultæ.

Oreessus flu. Scythiæ in Istrum fluens ex oriente.

Oreades, a curta, nymp̄hæ montanæ. Nam oros Græcedicitur mons.

Orestes filius Agamemnonis regis, & Clytemnestræ, qui matrem occidit, eò quòd illa patrem suum occiderat. Deinde Pyrrhum Achillis filium qui Hermionem sibi prius desponsam vxorem duxerat, occidit clam in templo, & Hermionem recepit postea furiosus ob hæc scelera factus vagabatur, & custodiente eum Pylade amico fidissimo, peruenit in regionem Tauricam, vbi sororẽ suam inuenit, cū qua profectus in Italiam. Vide Iphigenia & Pylades.

Orchomenes e curta, vtbs Bœotiæ, vbi templum fuit tribus Gratiis dicatum. Plinius tamen Orchomenum ponit in Arcadia. De Gratiis vide superius Charites.

Orcus Pluto dicitur, & pro inferno ponitur. Est etiam fluius Thessaliæ, quem Homerus scripsit ex inferis ortum, in Peneum labitur. Vide Peneus.

Orion

Orion, i prod. filius Neptuni ex Enyale, filia Minois secundum Hesiodum. Alij fabulantur eum ex vrina Iouis, Neptuni, & Mercurij genitum, quos deos cum Enopius quidam hospitio excepisset, isq; bouem mactasset, petiuit vt sibi filium concederent. Illi ergo in corio bouis vrinam fecerunt, ex qua humo obruta natus est Orion quasi Trion. Nā vros Græcè Vrina dicitur. Orion igitur venator factus, cum Dianam vellet violare, à scorpione occisus est, & inter sidera positus. Est enim Sidus quod à Latinis Iugula vocatur.

Oricos vrbs in Epiro vbi terebinthus arbor nascitur.

Orithyia filia Erichthei regis Atheniensis, quam Boreas raptam tulit in Thraciam, & ex ea genuit Zethum & Calaim. Alia fuit Amazonum regina, de qua Iustin libro 2.

Oropus opp. in Attica in confinio Bœotia.

Orodes rex Parthorum qui Crassum Roman. cepit & occidit.

Orpheus Thrax filius Oeagri vel Apollinis & Caliope musæ, poëta vetus & Citharædus optimus qui dulcedine cantus dicitur feras & saxa, & inferos mouisse. Nam Eurydicem vxorem cantu recepit vt superius habes in Euridice. Instituit autem Orpheus sacra Bacchi, & tandem à mulieribus bacchantibus discerptus fuit. Licet alij putent ipsum fulmine periisse.

Ortygia insula in Ægæo, alio nomine Delos.

Ortona vrbs in Pelignis ad mare Adriaticum.

Osci pop. antiquus in Campania. Verg. Osci-
que manus.

Osi-

Osiris, i longa, Iouis & Niobæ filius rex Argiuorum primò. Deinde relicto fratri eo regno profectus in Ægyptum, vbi regnavit, & Isim duxit uxorem. Tandem à Typhone fratre suo clam occisus fuit, & ab Iside diu quæsitus. Quæ inuentū tandem corpus sepe iuit in Insula quæ dicitur Abatos. Vbi cum postea bouem inuenissent Ægyptij, putauerunt Osirim esse deificatum, & bouem illum Memphuna ducentes, pro deo coluerunt, & Apim vocantes sacra illi instituerunt, & certo spatio peracto illum in flumine mergentes, aliū bouem similis formæ cum luctu quærebant. Quo inuento cum magna lætitia vociferabantur. Tibullus, Ter canit atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Memphitum plangere docta bouem.

Ossa mons Thessaliæ pinis plenus, vbi Centauri morabantur. Inde Ossaus, a, um.

Ostia opp. olim Latij in Ostiis Tyberis in mare.

Othrys mons Thessaliæ, sedes olim Lapitharum. Lu Solstitiale caput nemorosus summo uet Othrys.

Oxyrinchus ciuitas Ægypti, dicta ab Oxyrincho pisce qui ibi templum habuit. Nam Ægyptij vniuersi colebant duos pisces pro diis, scilicet Lepidotum & Oxyrinchum. Item duas aues, scilicet Accipitrem & Ibin. Item tria terrestria, scilicet bouem, Canem & Felem. Quidam etiam coluerunt Crocodilum, & alij Ichneumonem paruum animal, quod occidit Crocodilum. Hæc Strabo.

DE LITERA P.

Pacorus, o curta, rex Parthorum, occisus in Syria per Ventidium Romanum.

Pachy-

Pachynus i longa, promontorium Siciliae prope Syracusas Austrum verus.

Pactolus o longa, fluuius Lydiae, qui olim deferrebat auramenta Vnde & Chrysopea dicitur, & labitur in He mum fluuium.

Pacuvius Brundusinus nobilis tragoediarum scriptor, & nepos Ennij poëtae, claruit Romae temporibus Scipioni & Laelii

Padus maximus Italiae flu. ortum habens ad radices Vesuli montis. Et est primo parvus sed deinde 10. fluminibus auctus per 17. ostia ruit in Adriati, cum mare, vocatur etiam Eridanus.

Padusa flu. in Padum fluens.

Padua vrbs Venetiae circa Padum, alio nomine Patavium

Pœan Pœantis pater Philoctetae, qui Pœantius dicitur à patre.

Pæan Pæanos, Apollo & laus Appollonis & quacunque laus. Item pes quidam.

Pæon quidam medicus præstantissimus, vnde Pæonius pro medicinalis accipitur.

Pæones pop in Thessalia vel Macedonia.

Pæstum oppid. Lucaniae, vbi est mollissimus aër, Vnde & rosaria ibi bi florent. Inde Pæstanus.

Pagasa vrbs Thessaliae, alio nomine Demetrias. Inde Pagasus. Luca. Vt Pagasæa ratis peteret cum Phasidos vndas.

Palæstina regio Syriae coniuncta Arabiae. Eadem Iudæa dicitur.

Palamedes e longa filius Nauplij rex Eubœae insulae occisus ab ipsis Græcis ad Troiam fraude Vlyss.

sis. Nam cum Græci conuocarentur ad bellum Troianum, Vlysses vt domi maneret furere se finxit, & diuersis animalibus litus arabat. Palamedes autem vt simulationem Vlyssis detegeret, filium illius aratro opposuit, &c. Deinde cum apud Troiam essent, & Vlysses frumentatum missus in Thraciam nihil attulisset, Palamedes eodem profectus multum frumenti attulit. Igitur Vlysses videns Palamedem sibi esse contrarium, curauit in tontorio Palamedis aurum occultari. Deinde ipsum coram principibus accusauit, dicens quod à Troianis aurum accepisset vt Græcos traderet: Palamede negante quæsitum & inuentum est aurum, & ipse innocens lapidatus est. Hic à grauibus quæ volando mirros ordines seruant, ordinem aciei, & quasdam litteras didicit, vnde graues dicuntur aues Palamedis.

Palæmon deus maris, qui & Melicerta, vide Ino. Alius fuit Grammaticus Romæ temporibus Quintiliani.

Palantinus mons in vrbe Roma dictus à Palanteo oppido quod ante Romam ibi fecerat Euan-der rex.

Pales dea pastorum, cuius festa primo Palilia, deinde Parilia dicebantur.

Palici duo filii Iouis & Thaliæ Æthnæ nymphæ, quæ cum à Ioue grauida facta esset, timore Iunonis orauit vt sibi terra dehisceret, quod & factum est: sed postea tempore partus instante, rursus aperta tellus gemellos peperit, qui Talici dicti sunt, & in Sicilia pro diis colebantur.

Pallas filia Iouis sine matre, quia ex cerebro Iouis di-

uis dicitur nata. Et dicitur esse virgo & artium & armorum dea. Inuentrix olei, lanificij, vnde Olea dicitur, Palladis arbor. Vocatur etiam Minerva & Tritonia.

Palinurus promontorium & portus in Lucania, prope oppidum Feliam, dictus à Palinuro gubernatore classis Aeneæ ibi sepulto, qui per somnum in mari de naue ceciderat.

Pallone regio Macedonia & vibs Arcadiae.

Palmyra magna vibs Assyriorum inter imperia Romanorum & Parthorum sita, & à Salomone condita.

Pamphylia regio minoris Asiae, prope Lycaoniam & Lyciam,

Pamilus flu. Thessaliae vnus de 5. principalibus.

Pan rusticus deus pastorum cornutus & caprinis pedibus.

Panætolum mons maximus in Aetolia vel conuentus Aetolorum.

Panchaia regio Arabiae scilicet Sabæa vbi ihus nascitur. Vnde fit Pancheus a um, id est Sabæus.

Pandion i longa, rex Athenarum, pater Progne & Philomela.

Pandora o longa mulier formosissima & gratiosissima, cui singuli dii sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur pandora quasi omnium donum, vel ab omnibus donata. Hanc (vt ait Hesiodus) Iupiter in terram misit, vt homines deciperet.

Pannonia regio duplex. Superior Pannonia est

quæ nunc Austria dicitur. Inferior autem dicitur Hungaria.

Panompheus est epitheton dei, à pan, i. e. omnis & Omphè, id est vox, quia deus omnium voce colendus est. vel quia omnes voces audit. Oui. Ara Panompheo vetus est sacra tonanti.

Panormum opp. Siciliae. Inde Panormita.

Pantheon templum, Romæ, à M. Agrippa conditum Ioui vltori, & interpretatur omnium deorum

Pantheides dicitur Pythagoras philosophus, qui dicebat se fuisse Euphorbum Troianum Panthoi filium.

Pantagias fluuius Siciliae.

Panticapes flu. Scytharum quintus ab Istro.

Paphlagonia regio Asiae minoris.

Paphos vrbs in insula Cypro Veneri sacra. Vnde Venus dicitur Paphia.

Parcae tres deæ fatales. scilicet Clotho: Lachesis, Atropos, quæ quicquid homini addixerint id fieri necessarium est, vt fabulantur poëtæ.

Paretonius vrbs & grandis portus in Ægypto.

Paretonius adiectiuum. Luca. Inde Paretoniam fertur securus in urbem.

Paris filius Priami regis Troiæ ex Hecuba vxore, quæ cum esset grauida, sominauit quod pareret facem quæ Troiam combureret. Quare territus rex iussit vt puer mox vt natus esset, occideretur. Hecuba vero materna pietate mota, curauit illum clam educari apud pastorem. Et cum adoleuisset, Iuno, Pallas, & Venus de pulchritudine contendentes propter aureum pomum in quo scriptum erat: Detur pul-

pulchriori, à Ioue ad Paridem arbitrum missæ sunt. Cui cum Iuno regnum, Pallas sapientiam, Venus voluptatem & pulcherrimam mulierem promississet, ipse pro Venere sententiam tulit, postea à parte agnitus in gratiam susceptus. Spartam nauigans, Helenam vxorem Menelai regis rapuit, ob quod ortum est bellum Troianum. Tandem Achillem dolosè occidit. Etiam vocabatur Alexander, occisus tandem ab Aiace Olei vel à Pyrrho.

Parnassus mons in Phocide habens duos colles, quos aliqui falso nominant Cithæronem & Heliconem. Nam illi sunt montes per se. Item Parnassus fuit dicatus Apollini & Baccho. Vnde poëtæ dicuntur eum frequentare & Parnassides musæ dicuntur.

Paros insula in Ægæo, vbi candissimum habetur marmor quod Parium dicitur.

Parma ciuitas Gallie, in Italia à fluu. Parmadiçta.

Parrhasia ciuitas Arcadiæ. Inde Parrhasius, id est Arcadicus, & Parrhasis idis dicitur mulier Arcas, vt Calisto.

Parrhasius pictor eximius. Vide infrà Zeuxis.

Parthenius mons Arcadiæ, sic à virginibus dictus. Nam parthenos vel parthenice virgo Græcè dicitur. Item Parthenium est oppidum Arcadiæ.

Parthenope vrbs Campaniæ. Alio nomine Neapolis à Parthenope vna Syrenum ibi sepulta.

Parthenopeus penul. pro. Meleagri & Atalantiæ filius rex Arcadum, qui penè puer profectus est ad bellum Thebanum & occisus.

Parthi pop. ferus in Asia maiori circa Persas. Eo-

rum regio Parthia dicitur, quæ ab occasu terminatur Media, ab aquilone Hyrcania, ab oriente, Aria, à meridie deserto Carmania.

Pasiphae per quatuor syllabas filia Iouis & vxor Minois regis Cretensis, quæ turpi amore tauri arsisse, & inclusa lignæ vaccæ cum Tauro coisse & ex illo concepisse monstrum taurino capite, quod Minotaurus dicebatur. Seruius ait ipsam coisse cum scriba regio, qui Taurus nominabatur.

Pasithea vna gratiarum. Alio nomine Euphrosyne. Stat. Nō hoc Pasithea blandarum prima sororū.

Patara vrbs Lyciæ, vbi colebatur Apollo, qui ob id Patareus dicitur. Eadem fuit patria diui Nicolai Episcopi.

Patrarum vrbs Achaia, in longissimo promontorio posita ex aduerso Aetoliæ, in ea diuus Andreas Apostolus passus fuit.

Patmos insula parua in Aegæo mari vna Sporadum, in qua diuus Ioannes Euangelista exulans Apocalypsim scripsit.

Patauium vrbs Venetiæ, Alio nomine Padua. Inde Patauius.

Patroclus Locrensis Menœtii filius, cum in patria cædem fecisset; fugit in Thessaliam ad Peleum regem, cuius filius Achilli fuit charissimus & cum illo profectus est ad bellum Troianum. Cum autem Achilles iratus ob raptam sibi ab Agamemnone amicam, pugnare nollet. Patroclus eius arma induit, & sic territorus Troianos in pugnam venit. Sed ab Hectore occisus, causa fuit vt Achilles ad prælia rediret ac Hectorem necaret.

Pau-

Pausanias dux Lacedæmonius in bello contra Xerxem proditionis damnatus. Alius nobilis adolescens in Macedonia, qui Philippum regem patrem Alexandri occidit, eò quod iustitiam sibi sæperogatus exercere nolisset.

Pegasus equus alatus Neptuni & Medusæ filius, vel (vt alij dicunt) ex cruore occisæ Medusæ natus, qui in Heliconem volans, & pede terram feriens, fontem fecit musis sacrum nomine Hippocrenem. Deinde eum in pirenem fontem dulcem caput inclinaret, Bellerophon ipsum ascendit, & in cœlum volare volens tandem decidit. Pegasus autem in cœlum perueniens, inter sidera positus est.

Pegasides musæ dicuntur à fonte Heliconis illis dicato, quem Pegasus pede suo fecisse fertur.

Pelasgi sunt Theffali, à Pelasgo Iouis filio denominati, & Pelasgis ipsa Theffalia.

Pella vrbs littoralis Macedonia, in qua nati fuerunt Philippus & Alexander filius eius regis Macedonum, qui ob id dicuntur pellei. Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.

Peleus Æaci & Æginæ filius, qui ex Thetide genuit Achillem, qui Pelides dicitur Oui. Pelides vti nam vitasset Apollinis arcus.

Pelias filius Neptuni rex Theffaliæ, patruus Iasonis. Etiam Pelias est patronymicum, & quasi adiectiue ponitur Ouid. Transeat Hectorem Pelia hastalatus. Sed tunc à Pelio monte.

Pelion mons Theffaliæ syluosus. Vnde patronymicum Pelias.

Peligni pop. Italiae in Sabinis, ex quibus natus erat Ouidius.

Pelops rex Achaiae, filius Tantali regis Phryg. quem Pelopem pater coxit, & dijs apposuit carnes. Sola tamen Ceres humerum comedit alijs abstinentibus. Deinde Pelops vitæ redditus, humerum eburneum recepit, deinde cum Oenomaio rege Achaiae certavit & vicit, vide superius Hippodamia. Habuit autem filios Atreum & Thyestem qui Pelopidae dicuntur.

Peloponnesus regio Græca, alio nomine Achaia inter duo maria sita, unde Peloponnesus, id est, Pelopis insula.

Pelorus o prod. promontorium Siciliae Italiam versus.

Pelusium est vnum de 7. ostiis Nili, Arabiam separans ab Ægypto.

Penelope filia Icaris & vxor Vlyssis, cui ad bellum Troianum profecto, & post hoc diu per orbem vaganti fidem & pudicitiam seruauit, licet à multis proci sollicitaretur.

Poleus fluu. Thessaliae, inter Ossa & Olympum montes, qui Orcum fluu. accipit sed non recipit, sed illi modo supernatantem breui spatio portarum abdicat, poenales aquas, dirisque genitas argenteis suis misceri recusans, vt Homerus & Plinius scripserunt.

Pentheus rex Thebanus filius Echionis & Agaues. Qui cum sacra Bacchi contemneret à matre ac sorore cæterisque foeminis bacchantibus lacertus fuit.

Pentapolis regio Africae, quæ & Cyrenaica dicitur habens 5. ciuitates, inter quas principalis est Cyrene.

rene. Fuit etiam regio Iudææ à s. similiter urbibus dicta, quæ propter nefanda flagitia perierunt, scilicet, Sodoma, Gomorha, Adame, Segor & Seboim, quorum loco nunc est mare mortuum.

Pergamus clarissima vrbs Asiæ vel Troadis, quam Silenus flu. intermeat. Hæc eadem vrbs Troia vocatur, dicitur etiam plurali Pergama. Ver. Cum peteret, &c. Hinc Pergameus & Pergamenus.

Pergea Diana dicitur à Perga oppido Pamphylie.

Perinthus clara vrbs Thraciæ in Propontide, alias dicta Heraclea. In qua fuit Amphitheatrum, quod inter septem spectacula orbis computatur. Nam fuit ex vno marmore factum.

Permessus flu. Bœotoiæ ex Helicone monte fluens, & musis sacer. Dicitur etiam Permessis idos.

Persephone vel melius Persephones dicitur Proserpina filia Iouis & Cereris, quam Pluto rapuit & uxorem duxit, vnde dicitur inferorum regina.

Perseus filius Iouis & Danaes, qui Medusam occidit, vt superius habes. Deinde Andromedam saxo alligatam & à ceto deuorandam liberauit, ac uxorem duxit, multosq; hostes ostenso capite Medusæ conuertit in saxa. Tandem Argos reuersus Acrisium regem patrum suum à quo cum matre infans fuerat mari impositus, occidit, & pro eo regnauit. Vide Danae & Medusa.

Persepolis vrbs in Perside à Perseo condita.

Perses rex Macædoniæ victus à Paulo Emilio Rom. consule & cum filijs in triumphum ductus. Quem tamen vi captum cum sibi adduci vidit Paulus, fortunam eius miseratus fleuit.

Perſa regio orientalis quæ finitur à ſeptentrio-
nibus Media, ab occaſu Suſiana, ab ortu Carmania,
à meridie Perſico ſinu.

Perillus quidam faber Athenien. qui Phalari ty-
ranno dedit à ſe factum æreum bouem, vt in eo ho-
mines incluſos ſuppoſito igne torqueret. Cum au-
tem Perillus grande præmium expectaret, Tyran-
nus eum boui illi incluſit, vt pœnam ſuam primus
experiretur.

Pericles Athenien. dux eloquens & prudens.

Peruſinum vrbs Thuſcia.

Petilia opp. Lucania, conditum à Philoſtete.

Petra vrbs Nabathæorum in Arabia, montibus &
deſertis circudata & inaccessa.

Peuce inſula Borealis in Iſtro. Item Peucis oſtium
Iſtri.

Petofitis quidam Mathematicus vel Aſtrophologus.

Phaethon filius Solis & Clymenes Nymphæ, qui
multis precibus à patre impetrauit, vt currum ſo-
lis, qui quatuor equis trahitur, vno die regeret, ſed
tanto operi impar, equis eum non audientibus, ſed
extra viam currentibus mundus ardore ſolis incen-
ſus eſt. Quare Iuppiter etiam cœlo timens fulmine
ipſum deiecit in Padum. Eſt autem Phaethon dictio
triſyllaba. Horatius in carmine Sapphico: Terret
ambuſtus Phaethon auaros. eſt epitheton Solis, di-
ctum à Græco verbo phaino, quod eſt illuſtro, vnde
pro Sole capitur. Errant autem qui ſcribunt Pheo-
thon.

Phaethontides ſunt ſorores Phaetontis, ſcilicet
filia Solis. De quibus vide Heliades.

Phæa-

Phæaces per æ diphthongon pop. Corcyre insulæ,
ad quos Vlyffes venit. In singulari dicitur Phæax.

Phædra per diphthongon filia Minois regis Cre-
tæ, & Pasiphaes & Thesei vxor quæ Hippolytum
illius filium amavit. Quem cum ad amorem sui fle-
ctere non posset, acculavit eum apud patrem, quasi
eam ille violare voluisset. At postquam Hippolytus
ob hoc falsum crimen necatus fuit, ipsa etiam semet
occidit.

Phaetusa filia Solis. Vide Heliades.

Phaleris mediâ curta tyrannus Siciliæ crudelissi-
mus in Agrigento vrbe. De quo supra Perillus.

Phalernus mons Campaniæ prope Puteolos, vbi
nascitur multum & optimum vinum, quod Phaler-
num dicitur.

Phaneus mons in Chio, à rege quodam sic dictus.

Pharao antiquissimus rex Ægypti, à cuius nomi-
ne omnes reges Ægypti vsq; ad tempora Salomo-
nis dicti sunt Pharaones. Et lingua Ægypt. Pharao
significat regem, teste Iosepho.

Pharos vel Pharus, parua insula Ægypti contra
ostia Nili, & prope Alexandriam urbem. In Pha-
ro fuit maxima turris, nauigantibus lumen præ-
bens nocturno tempore. vnde etiam aliæ turres ad
hoc factæ vocantur Phari, Pharius ponitur pro Æ-
gyptius.

Pharnax vel Pharnaces rex Ponti, filius Mithrida-
tis, qui patrem persecutus ad mortem coegit. Faue-
bat enim Pomponio, qui cum Mithridate bellabat.
Tandem Cæsari rebellans, & victus & pulsus fuit.

Pharsalos a longa, ciuitas Thessaliæ in cuius

campis C. Cæsar & Cn. Pompeius, acre prælium habuerunt in quo Pompeius victus fuit. Vnde Luca. id prælium scribens, librum suum vocauit Pharsaliam. Item ipsa ciuitas Pharsalia dicitur. Luca. Vincendum pariter Pharsalia præstitit orbem.

Phasis grandis flu. Colchorum & etiam vrbs. Hinc Medea filia regis Colchorum dicitur Phasias, & Phasianæ aues illinc allatæ.

Phereꝑ ciuitas Thessalię, alia Laconię, alia Bœotię.

Pherecides i longa, poëta tragicus pediculari morbo consumptus. Serenus. Sed quis non paucat Pherecidis fata tragœdi.

Phereclus faber insignis, qui naues Paridis fabricauerat.

Phidias Athe statuarius optimus, vnde Phidiacus.

Philace vrbs Thessaliæ in quo Protefilaus imperabat.

Philetas Græcus poëta, elegiarum scriptor.

Philoctetes Pœantis filius & comes Herculis, quem sepeliuit, & sagittas illius habuit. Cumq; iret ad bellum Troianum, vna sagittarum illarum in pede vulneratus, in Lemno mansit. Tandem in Calabria urbem Petuliam condidit.

Philyra nympa ex qua Saturnus Chironem genuit qui Chiron Phillyrides appellatur à nomine matris.

Philæni duo fratres Charthagin qui pro ampliatione suæ reipublicæ se viuos sepeliri sustinuerunt. Nam cum Carthaginense & Cyrenenses diu certassent inter se de finibus agrorum, tandem ita conuenerunt, vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuita-

uita-

uitate exirent, & vbi cunq; illi sibi obuiarent, ibi vtriusque ciuitatis finis esset. Igitur ex Carthagine missi Phileni longe processerunt in finibus Cyrenensium antequam illi aduenirent. Cumque venissent tandem Cyrenenses, & se esse prauentos vidissent, grauitè indignati proposuerunt Philenis, vt nisi retrocederent, viui illic infoderentur. Quod postquam factum esset, Carthaginenses illic Philenis aras fecerunt.

Philadelphia ciuitas Lydiæ ad radices Timolimontis. Strabo eam ponit in Mysia proximam Lydiæ, & terramotibus vexatam dicit.

Philadelphus Ptolomæus rex Ægypti, bibliothecam fecit Alexandria, ferè quinquaginta millia librorum continentem. Idem rex libros Moïsis curauit traduci de Hebræo sermone in Græcum per septuaginta interpretes.

Philippi orum, vibs Macedonia, à Philippo rege condita, iuxta quam Cæsar & Pompeius, deinde Augustus & Brutus pugnaverunt.

Phyllis regina Thraciæ & Licurgi, Demophontem Thesei filium à bello Troiano reuersum, & in Thraciam tempestate delatum adamauit, & aliquandiu pro marito habuit. Sed cum ille Athenias profectus, statuto tempore non redisset, ipsa amoris impatientia se suspendit in amygdalo, & in amygdalum dicitur esse mutata.

Philomena vel Phi'omela, filia Pandionis regis Athenien. Quam Theseus rex Thraciæ violauit, & linguam ei abiecit, & mutata fuit in auem, sui nominis, vide Progne.

Phineus rex Arcadiæ, qui cum filios suos impulsu secundæ vxoris suæ cæcasset, ira diuina ipsa etiam cæcatus fuit, & Harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt aut fœdauerunt. Sed postea Zetha & Chalais à Phineo humaniter tractati fugauerunt illas, vide Strophades.

Pythion magnus serpens, quem sagittis occidit Apollo, qui ob id dicitur Pytius, & Pytia Iudi instituti in honorem Apollinis. Item Pytonicus dicitur Apolline plenus, id est, qui instinctu dæmonis futura coniectat. Quidam tamen scribunt Python.

Phlegeton flu. inferor. semper ardens. Nam phlegeto Græcè significat comburo. Verg. in 6. Mœnia lata videt triplici circumdata muro: Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegeton, &c.

Phlegyas filius Martis rex Lapytharum pater Ixionis. Vnde ipsi Lapythæ dicuntur Phlegiæ. Phlegias autem templum Apollinis Delphici incendit, vnde grauius cruciatur apud inferos, vt ait Verg.

Phlegræi campi sunt in Thessalia, vbi Iupiter cum gigantibus bellauit. Alij sunt campi Phlegræi in Cæpania, vbi Hercules cum Gigantibus bellasse dicitur.

Phlegon vnus equorum Solis ab ardore dictus.

Phocion quidam nobilis Atheniensis & bonæ vitæ, sed per inuidiam iniuste necatus. Lege Plutarchum.

Phocis parua regio Græciæ inter Atticam & Bœotiam in Phocide est op. Delphi, &c. Inde Phoceus & Phocaicus. Vnde Pilades ab Oui. dicitur Phocæus.

Phœbus id est Apollo filius Iouis & Latonæ, &
inter-

interpretatur Latine purus & splendidus, vnde ponitur pro sole. Vide superius Apollo. Item Phœbe est Diana, soror Phœbi, & pro Luna ponitur.

Phœbas est sacerdos Phœbi, scilicet, mulier vari-
cinans.

Phœbas filia Phœbi, & vates, quæ prima carmen Heroicum cecinit.

Phœmon lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore noxia est, diebus autem innoxia, vt inquit Ouid.

Phœnicia vel Phœnice, regio maioris Asiæ, & pars Syriæ propinqua Iudææ, & valde fertilis frugum.

Phœnix quidam rex Phœnicia, à quo regio nominata est. Alius fuit Phœnix pædagogus & magister Achillis.

Pholus vnus Centaurorum.

Pholoe mons Thessalia, in quo Centauri morabantur. Est etiam nomen mulieris apud Vergilium.

Phorcyn vel Phorcys rex Corsicæ vel Sardinia insularum & pater Medusæ, quæ ab eo dicitur Phorcinis idos. Phorcis autem in mari submersus, marinus deus habitus est.

Phoroneus rex Argiuorum filius Inachi.

Phrahetes rex Parthorum occisus à Scythis. Item alius etiam rex Parthorum pessimus, qui patrem & 30. fratres & filium interfecit.

Phrygia regio minoris Asiæ habens ab oriente Cappadociam, à meridie Lycaoniam, ab occidente Troadem, à septentrione Galatiam, quæ tamen pars eius est. Et propter vicinitatem pro Troade.

ponitur: unde Troes vel Troiani dicuntur Phryges.

Phryxus filius Athamantis regis Thebarum ex Nephelē uxore priorē. Qui cum Helle sorore sua infidias Inonis nouercae fugiens, super arietem aurei velleris cum sorore discessit. Sed Helle in ponto submersa est. Phryxus vero venit in Colchos ad Aetem regem & ibi Ariete immolato, illius vellus aureum suspendit in templo, quod vellus postea Iason abstulit. Arietes autem inter caelestia signa locutus vocatur Thryxus e longa.

Picenum est regio Italiae quae nunc appellatur Marchia Anconitana, ab Ancone ciuitate.

Picentes autem dicuntur habitatores Piceni.

Picus filius Saturni, primus rex Laurentum. Circe autem amore illius capta, sed spreta ipsum carminibus suis mutauit in auem sui nominis, ut fabulantur.

Pierides dicuntur musae vel à Piero monte Thesaliam in quo natae fuerunt, vel à nouem filiabus Pieri, quas canendo vicerunt. Nam ut Ouid. ait, Pierus habuit nouem filias, quae musas ad certamen carminum prouocauerunt. Sed victae cum musis etiam maledicerent, ab illis in picas mutatae sunt. Ouid. 5. Metam.

Pylades Strophij Phocensis filius amicus fidissimus Orestis, quem furiosum factum non deseruit, sed eum usque ad Tauricam regionem secutus, pro ipso mori voluit. Nam in ea regione solebant aduenae immolari Dianae.

Pylos vrbs Laconiae, in qua regnabat Nestor, qui ob hoc dicitur Pyllus.

Pyn-

Pyndarus a curia Thebanus poëta Lycorum princeps, cuius domus vel posteris peperit rex Alexander cum Thebas euerteret.

Findus mons in finibus Theſſaliæ. Item flu. & op. Pimpla locus iuxta Parnassum montem, unde musæ dicuntur Pimpleæ vel Pimpleides.

Pipleus fons Macedoniæ, à quo musæ vocantur Pipleides.

Pyramus adoleſcens Babylonius Thysben puellam mutuo amore clam parentibus amans. Et licet à parentibus valde custodirentur, tamen constituerant ut nocte exirent & certo loco conuenirent sub arbore quadam. Thysbe autem prior illuc veniens, viso Leone fugit in syluam, veste illuc relicta. Quam vestem Pyramus post veniens, à leone laceratam, se ipsum necauit. Quod Thysbe reuersa videns, se etiam eodem gladio peremit. Oui. 14. Metam.

Pyraemon vnus Cyclopum, quem alij vocant Acmonidem. Vide Brontes.

Pyraeus portus Atheniensis.

Pyrrha vxor Deucalionis. Vide supra.

Pyrrhus filius Achillis ex Deidamia filia Lycomedis regis in Scyro insula, qui Priamum occidit capta Troia, occisus postea ab Oreste. Vide superius Orestes. Alter Pyrrhus rex Epiri, qui cum Romam pugnabat, occisus tandem saxo cum oppugnaret Argos.

Pyrene mons Acrocorinthe, musis sacer. Etiam mons Hispaniæ.

Pyrenæus per tres syllabas rex Thraciæ musas

hospitio susceptas violare volens, cum illæ per fenestras euolassent, ipse secutus eas, decidit & fractis membris expirauit Oui. 5. Metamorphoseos.

Pyrenæus per quatuor syllabas altus mons Hispaniæ, quem aliqui Pyrene vocant. Item Pyrenæi montes, qui à Pyrene protenduntur in Galliam.

Pyramides turres grandes & sumptuosissimæ apud Memphim Ægypti urbem, à regibus pro monumentis factæ. sed & Rhodope meretrix maximam fecit Pyramidem.

Pyrgoteles gemmarum sculptor artificiosissimus.

Pyrius filius Ixionis rex Lapytharum cum Theseo amico suo descendit ad inferos, vt Proserpinam raperet, sed à Cerbero deuoratus fuit. Theseus autem captus.

Pyrodes Cilicis filius, qui primus ignem è filice excussit, vt Plin. scripsit.

Pisa vrbs & regio Arcadiæ, vel Achaïæ, vbi quinto quoq; anno exercebantur ludi curules in honorem Iouis Olympici. In hac vrbe regnabat Oenomaus, de quo dictum est. Inde Piseus a um.

Pisæ arum, vrbs Thuscïæ maritima. Inde Pisanus.

Pisaurum vrbs Vmbriæ secundum Plinium.

Pistoria vrbs Thuscïæ.

Pithecusæ insula cum opp. in Thusco mari circa Campaniam.

Pythagoras Samius, Italiæ philosophiæ princeps, qui discendi causa mundum peragrabat. Tandem cum doctissimus esset, à quodam interrogatus quis vocaretur, ait se esse Philosophum. Nam ad illud tempus docti viri vocabantur Sophi, id est, sapientes,

res, quod nomen Pythagoras soli deo conuenire putans, philosophus dici voluit. Valde tamen errauit Pythagoras, putans animas de corporibus in corpora post mortem transire, & animas hominum quandoq; in bestias & pecora mitti. Vnde esus carnum prohibebat. Abstinebat etiam fabis, vt quidam volunt.

Pythius Apollo dicitur à Pythone serpente. Vide supra Phytton.

Pittacus a curta Mitylenæus vnus de 7. sapientib.

Placentia vrbs in Italica Gallia, id est in Longobardia, circa Trebiam flu. & non procul à Pado.

Platearum, vrbs Bœotix. Strab. Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plateas.

Pleiades 7 filix Atlantis, & Pleiones nymphæ, & sunt septem stellæ in humero tauri, quæ & Vergiliæ dicuntur. In singulari numero dicitur Pleias adis, id est vna stellarum.

Plemmyrium fluuius Sicilia, & interpretatur exundans.

Pleuron vrbs Ætolix.

Plotæ insulæ duæ in Ægæo, quæ & Strophades.

Pluto filius Saturni & frater Iouis rex inferorum de quo vide superius Neptunus, & interpretatur diues. Vnde etiam Dis vocatur.

Podaleirius filius Æsculapii insignis medicus, qui cum Machaone fratre suo vocatus, à Græcis peste laborantibus, à Creta venit ad Troiam Oui.

Quintus apud Danaos Podalyrius arte medendi.

Pœanantis pater Philoctetis, qui ideo Pœantias dicitur.

Pœni Charthaginenses quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti.

Pola ciuitas in Istria,

Polemo philolophus Platonicus, discipulus & successor Xenocratis, fuerat in adolescentia luxuriosus, sed à Xenocrate emendatus.

Polycletus e longa statuarius clarissimus.

Polynices supra Eteocles.

Polycrates tyrannus Samiorum fortunatissimus, qui vt aliquid aduersitatis habuisse videretur, anulum proiecit in mare, quem tamen cocus eius rediuenit in pisce, tandem ab Oronte praefecto Darii regis cruci affixus fuit in excelsa monte.

Polydorus o longa, filius Priami & Hecubæ, causa vitandi belli à Priamo cum multo auro missus ad Polymnestorem regem Thraciæ. Sed Troia capta Polymnestor vt auro potiretur, occidit puerum, quo cognito Hecuba Polymnestori oculos eruit.

Polymnestor rex Thraciæ, de quo etiã dictum est.

Polymnia vna musarum & interpretatur multæ memoriæ, vel multum canens à poly & Hymnos.

Polyphemus quasi in multæ famæ, fuit filius Neptuni & vnus Cycloperum, scilicet Gigas vnoculus, carnibus humanis vescens. Qui cum aliquot sociorum Vlyssis comedisset, Vlysses ei optimum vinum propinauit, quo inebriatus cum grauitate dormiret, Vlysses cum sociis eius, eum hastis cœcauerunt. Idem antea amauerat Galatheam Nympham, quæ tum eum spreuit & Acim ei prætulit, quem Acim Polyphemus saxo necauit.

Polentia opp. Liguriæ in montibus situm.

Polyre-

Polyxena e curta, filia Priami & Hecubæ, quam Pyrrhus filius Achillis iugulari fecit ad tumulum patris sui, qui propter illam occisus fuerit. Nam Achilles visa Polyxena, in illius amorem a deo exarsit, ut illam à Priamo peteret uxorem, ac pacem promitteret. Igitur annuente Priamo cum istius rei causa Achilles venisset in templum Apollinis, Paris eum occidit.

Pollux superius Castor.

Pompeij opp. Campaniæ. Inde Pompeianum, id est prædium circa Pompeios.

Pompeius magnus nobilis Rom. qui multa bella gessit. Tandem civili bello victus à Iul. Cæs. profectus in Ægyptum, ut ibi repararet exercitum, occisus dolose fuit.

Pontus pars maris circa Constantinopolim, alio nomine Euxinus, scilicet, à Bosphoro Thracio vsq; ad Mæotim paludem. Est etiam lata regio circa illud mare sita complectens Colchum, Cappadociam, Armeniam & alias prouincias. Ponitur etiam Pontus generaliter pro mari.

Porphyrus insula in Laconio mari, alio nomine Cythera.

Portunus Palæmon deus marinus, qui portibus præesse putabatur.

Portus Charon portitor inferorum.

Porfena vel Porfenna rex Thusciam in urbe Clusio, qui Romam obsedit, conatus Tarquinium regem eiecitum reducere. Tandem pacificus recessit.

Præneste oppidum Italiæ in monte positum.

Praxiteles e curta, optimus statuarius & nobilif.

L

simus minorum sculptor, qui inter alia Gnidi fecit Venerem artificiosissime.

Priapus a longa filius Bacchi & Veneris, deus hortorum turpissimus. Nam in hortis ponebatur statua cum magno membro virili. Colebatur autem maxime in Hellesponto, vnde Hellespontiacus, & immolabant ei asinum.

Priamus Laomedontis filius rex Troiae, qui habuit filios quinquaginta, quorum praecipui erant Hector, Paris, Troilus, Deiphobus, Helenes, Polytes. Post euersionem Troiae omnibus filiis eius occisis, & ipse à Pyrrho senex occisus fuit.

Pirene opp. Ioniae in Asia, patria Biantis.

Priuernum vrbs Volscorum in Latio. Inde Priuernates.

Procyon est fidus quod Latine canicula dicitur. Et interpretatur canis, quia paulo ante canem oritur cum Leone. Horat. iam Procyon fuerit.

Prochyta y curia insula in Thusco mari circa Campaniam, & vna ex Aeolis.

Procrustes Latro crudelis in Attica, quem Theseus occidit.

Proetus rex Argiuorum, cuius filiae cum superberent, & sese Iunoni speciositate praerent, Iuno eis talem furorem immisit, vt se vaccas putarent. Quae autem dicit eas à Venere quam spreuerant, primo in vaccas, post in lapides esse conuersas. Ver. Proetides impleunt falsis mugitibus agros. Nam Proetides dicuntur filiae Proeti.

Procris filia Erichthei regis Achenarum, & vxor Cephali, quem venantem clam secuta est, latens inter fru-

ter frutices, & obseruans eum. Nam audierat quod
ibi ille amicam habere solebat. Cephalus autem
motum in fruticibus videns, & feram esse putans,
uxorem ignarus occidit. Oui. 7. Metam.

Progne filia Pandionis regis Athenien. & vxor
Terei regis Thraciæ. Quæ cum iam filium Itym no-
mine peperisset, flagrans desiderio sororis suæ Phi-
lomelæ videndæ, virum orauit vt illam ex Athenis
sibi adduceret. Quod Tereus cum faceret, eam in
itinere virginem violauit, & ne flagitium cuiquam
diceret, linguam abscidit ac in quodam loco con-
clufit, Progne dicens quod soror in itinere obiisset.
Philomela autem omnia quæ gesta erant in populo
pinxit, quod populus per ancillam misit ad Pro-
gnem. Progne autem bacchanalia simulans foro-
rem attulit, & filium suum occidens Tereo come-
dendum dedit. Tereus re cognita cum Prognem
persequeretur, illa in hirundinem mutata fuit, &
Tereus in vppam. Philomela etiam in lusciniam
mutata est, & Itys in Phasianum, quæ auis habet au-
res plumosas, & pennas depictas, & frequens est
apud Phasim fluum.

Prometheus Iapeti filius, qui primus fixit ex lu-
to simulachra. Vnde dicunt eum homines fecisse.
Fabulanur enim quod in coelum ascendens, ignem
ferula sit furatus, quo simulacrum à se factum ani-
maret. Vnde iratus Iupiter ipsum ligari fecit ad
montem Caucasum adhibita aquila, quæ cor eius
exederet. Quo figmento significatur fuisse vir stu-
diosus & astronomus.

Propontis est pars maris inter Hellespontum &
pontum.

Proserpina, i curta est filia Iouis & Cereris, quam Pluto ex Ætna rapuit in uxorem. Ceres autem ubique eam anxie quæsiuit, & cum tandem comperisset, Ioui conquesta est, qui sententiam dedit, ut si nihil adhuc Proserpina gustasset apud inferos, matri redderetur. Sed quia illam aliquid gustasse constabat, & Ceres inconsolabiliter dolebat, Iupiter eam ita placavit ut Proserpina medio tempore esset apud matrem, id est apud superiores, & medio tempore esset apud inferos. Est igitur Proserpina uxor Plutonis & inferorum regina, & est Luna.

Protagoras rhetor & sophista temporibus Socratis, cui Plato librum inscripsit.

Prothesilaus vnus ducum Græciæ ex Philace vrbe Thessaliæ: qui, cum datum esset Græcis oraculum, ut qui primus ex classe descendisset in terram Troianam periret, ipse magnanimus primus in terram descendit, & ab Hectore occisus est. Quem uxor eius ita fleuit ut ipsa moreretur.

Proteus filius Oceani & Tethyos, marinus deus, pastor Phocarum & vates, sed nisi coactus, nulla dans responsa. Item se transformauit in quamcunque formam ut Vergil. in 4. Georg. fabulatur. Fuit autem rex Ægypti temporibus Priami regis Troiani.

Psylli gens fuit in Lybia, ultra Garamantes, & naturalem vim contra serpentes habens. Nam Psylli neque à serpentibus lædi poterant, & illorum venenum ab alijs hominibus exugebant.

Phthia ciuitas Thessaliæ, scilicet patria Achillis.
Ptolemæus filius Lagi militis gregarij, in exercitu

citu magni Alexandri, sed Ptolomæus ita se gessit ut inter duces esset. Et post Alexandri mortem rex Ægypti factus, adeo clarus fuit, ut omnes sui posteri ab ipso denominati sint, & dicti Ptolomæi usque ad tempora Aug.

Ptolemæis vrbs Phœnicia prius vocata Ace.

Punicus Carthaginensis. Ver. Punica regna vides. Vnde Punica bella dicuntur quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.

Puteoli opp. Campania à multitudine puteorum propter aquas calidas ita dictum.

DE LITERA Q.

Q Vati populus Gallia Narbonensis inter Salies & Vocontios, & France.

Quinquatria festa Minervæ, quæ quinto die post Idus cuius mensis agebantur.

Quirinus dictus est Romulus, eo quod semper utebatur hasta, quæ Sabinorum lingua quiris appellatur. Quirinus etiam Martem significat. Item Octavianus Cæsar appellatus est Quirinus.

Quirinalis collis in vrbe Roma, quod in illo templum Quirinæ fuit, vel quod in illo habitauere Sabini, à Curibus vrbe venientes.

Quirites Romani dicuntur à Quirino primo rege vrbis conditore. Ante etiam Sabini appellabantur Quirites, à Curibus vrbe sua, de quibus Vergil. ait, Pisci que Quirites.

DE LITERA R.

R Hadamanthus filius Iouis ex Europa, & frater Minois, qui ambo dicuntur esse Iudices apud inferos.

Rhagufium vrbs nobilis in Dalmatia ab Epidaurorum condita.

Rhamnusia dea indignationis, quæ superbientes ulticitur, alio nomine Nemesis, quod interpretatur indignatio. Rhamnusia autem dicitur à Rhamnys oppido Atticæ. Oui. Exiget ac dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Raphia vrbs Palæstinæ post Gazam sita.

Rauenna vrbs Italiæ in Flaminia ad mare Adriaticum.

Rhea filia Coeli & Vestæ, soror & vxor Saturni, alio nomine Ops Rhea etiam dicitur Cybele mater deum. Item Rhea dicitur Ilia mater Romuli, de qua superius Ilia.

Rheate opp. Sabinorum vmbilicus Italiæ.

Rhedones pop. Galliarum in ducatu Britanniarum ad Oceanum.

Regium vrbs Galliarum Italicarum, id est Longobardiarum, vnde Regienses.

Rhegyum vrbs Brutiorum in finibus Italiæ ad mare contra Siciliam. Vnde Rhegyni.

Regium Galliarum condidit Lepidus Romanus.

Regulus supra Attilius.

Remus filius Martis & Ilia, quem frater eius Romulus occidit, quia per ludibrium muros novos transfilerat, vel quia vterque regnare volebat, & ob hoc orto inter eos certamine, Remus occisus est.

Remis vrbs Galliarum Belgicarum, inter Treuerim & Metensem urbem circa syluam Arduennam. In qua vrbe Francorum rex vnguitur.

Rhenus flu. nobilis, ab Alpibus per Germaniam fluens,

fluens, vel Galliam à Germania separans, tandem
tribus ostijs in septentrionalem Oceanum influit.

Rhenus etiam flu in Italia circa Bononiam.

Rhesus rex Thraciæ, qui cum equis albis veniens
in auxilium Troianorum, à Diomede & Vlysse no-
ctu in suis castris occisus fuit. Est etiam fluu. circa
Troiam.

Rhetia regio circa Alpes vel in Alpibus, quam
aliqui putant esse Austriam vel Sueuiam. Nam Rhe-
ti sunt gens Alpina. Alij dicunt Rhetiam esse Pede-
montanam regionem.

Riphæi montes sunt in Scythia à perpetuo vento-
rum flatu appellati. Nam riph-zo Græce significat
flo Inde Riphæus accipitur pro Scythicus & Aquil-
lonaris, vt Riphæus pop. & Riphæa nix.

Rhodanus a curia, flu. Galliæ ortus in Alpibus &
Allobroges à Celtis separans & lacui Lemano mi-
xtus, & iterum egressus Lugdunum, & Viennam
vrbes adit, deinde Ligusticum mare tribus ostijs
influit.

Rhodos clara insula in mari Carpathio, opposita
Lyciæ & Ægypto. In ea fuit Colossus 70. cubitis al-
tus, & alij Collosi minores centum. Est autem Co-
lossus ingens statua.

Rhodopeo curia mons in Thracia. Etiam mere-
trix in Ægypto fuit, conserua quondam Æsopi, quæ
grandem struxit Pyramidem.

Rhetus mons Troiæ in quo sepultus fuit Ajax
Telamonius. Inde Rheteus, id est Troianus.

Romulus & Remus gemini filij Martis & Iliz.
Vide supra Ilia & Remus. Ergo Romulus fuit cop

ditor vr̄bis Romæ & 1. rex, 2. fuit Numa Pompil. 3. Tul. Hostilius 4. Ancus Martius. 5. Tarquinius Priscus, 6. Seruius Tullius, 7. & vltimus Tarquinius superbus. Postea consules habuerunt Romani.

Rostra templum Romæ in foro ante curiam, sic dictum quod illi affixi erant rostra nauium hostilium, Antiatibus ablata quondam.

Rothomagum vr̄b Galliæ in ducatu Normaniæ.

Rhuteni pop. Galliæ in prouincia Bituricensi. Alij sunt Rhuteni in Scythia vltra Liuoniam, alio nomine Russi vel Rassiani.

Rubicon flu. Italiæ separans Galliam à Flammīnia. Luc. Puni ceus Rubicon cum feruida canduit æstas. Est autem inter Ariminum & Rauennam, à rubore aquæ appellatus.

Rudiarum, vetus oppidum Apuliæ, patria Enniji poetæ.

Rutuli vetus pop. in Latio, quorum rex Turnus cum Ænea bellum gessit secundum Verg.

Rutuba media curta, fluu. Liguriæ, ex Apœnino fluens.

DE LITERA S.

Saba vr̄bis Metropolis in Arabia felici in monte sita, vnde Sabza regio dicitur, in qua sola thus nascitur & Sabæi pop. ipse. Verg. Solis est thurea virg Sabæis. Alij volunt quod Saba sit regio. Sabota vero vr̄bs.

Sabini vetus Italiæ pop. Inter Latinos & Umbros rigidus moribus. Quorū filia in spectaculo rapuerunt primi Rom. carentes vxoribus, ob quod Sabini multa bella gesserunt cum Rom. Sed multi ex eis victi, Romam migrauerunt. Sabel-

Sabelli iidem qui & Sabini. Inde Sabellicus.

Sabota vrbs Arabiae felicis. Alio nomine Saba, vt supra.

Sacæ pop. in Scythia. Persæ autem omnes Scythias vocant Sacas à proxima Sici gente.

Sacra via locus Romæ vbi Romulus & Tatius rex Sabinorum fœdus fecerunt.

Sacer mons est trans Anienem fluu. tertio ab vrbe miliario, quem montem olim occupauit plebs Ro. cum à diuitibus nimium grauaretur, & ibi tribuni plebis creati sunt. Dicitur autem sacer mons, quia Ioui sacratus fuit.

Saguntus vel Saguntum vrbs Hispaniæ ultra Iberum flu. mille fermè passus à mari, quam Romanis fauentem Hannibal euertit: sed cum viderent ciues urbem capiendam, primores aurum & argentum omne in ignem iactauerunt, ne hostis illo potiretur. In quem ignem multi etiam ciuium se miserunt. Nam alij omnes pugnantes occisi sunt, vt scripsit Liuius.

Saiticum est vnum de ostiis Nili, dictum à Sais vrbe propinqua.

Salamin vel Salamis Insula in mari Euboico contra Athenas, in qua est vrbs eiusdem nominis. Stati. Hos Salamis pop. illos Cerealis Eleusis. Est etiam vrbs in Cypro.

Salentinum promontorium Italiæ ad oppi circa Beneuentum.

Salij sacerdotes Martis Romæ à Numa rege instituti, qui lustrantes urbem saltabant, portantes ancilia, id est scuta.

Salapia opp. Apuliæ, vbi Hannibal amore meretricio prope captus erat.

Salmacis a curia, fons in Caria. Fabulantur fuisse Nympham, quæ Hermaphroditum Veneris & Mercurij filium in fonte nudum repertum amplexans deos orauerit vt vnum è duobus corpus fieret, idque factum esse.

Salmoncus o longa, Æoli filius & rex Elidis, qui vt deus esse crederetur: fulmina & tonitrua se mouere fingebat, quare tonitru & fulmine ad inferos missus est.

Salacon quidam pauper superbus. Vnde omnes pauperes superbi dicuntur Salacones.

Salonæ arum, vrbs Dalmatiæ. Luca. Qua maris Adriaci longas ferit vnda Salonas.

Samaria vrbs Syriæ vel Iudææ, caput vel Metropolis decem tribuum Israel. Quibus tandem captis & abductis, remissi sunt illuc gentiles ad terram colendam, qui Samaritani quoque vocati sunt, & tota illorum regio dicta Samaria. Item urbem Samariam Herodes vocauit Sebasten. Vide infra.

Samos est insula in Ægæo mari circa Thraciam. Vnde & Samothracia vocatur, ab Iuno summe colebatur. Altera est in eodem mari insula Samos contra Ephesum sita.

Samnites pop. fuit Italiæ inter Picennum, Campaniam & Apuliam, ortus à Sabinis, & à Samno monte appellatus. Hi Samnites multa bella gesserunt cum Romanis, deleri tandem à Sylla dictatore.

Santones vel Santoni o curia pop. Galliz in Aquitania.

San-

Sangaris flu. Phrygiæ.

Sappho mulier Lesbica, id est de insula Lesbo, quæ Lyrica carmina scripsit, fuit enim docta poetria. Tandem amore Phaonis cuiusdam iuuenis capta, cum ille eam fugeret, ipsa impatientia animi se præcipitavit in mare de monte Leucade.

Sapis flu. Italiæ in Flamm. prope Seseuam urbem.

Sardanapalus penul. longa, vitimus Assyriorum rex luxuriosissimus muliere corruptior. Contra quem coniuravit Arbaces præfectus Medorum: quia viderat regem muliebri habitu inter mulieres versari. Victus igitur prælio Sarda. fugit in regiam, & cum illa seipsum combussit.

Sarepta opp. Phœnicia.

Sardinia insul fertilissima frumenti inter mare Thuscum & Aphricum, distans à Corsica insula stadijs 90.

Sardis plural. vrbs Lydiæ caput, regia Croesi.

Sarmatæ a curta. pop. Scythicus, prope Tanaim, qui & Sauromatæ dicuntur, nunc vulgo Poloni & Lituani & Prussenses, &c.

Sarnus flu. Campaniæ ex monte eiusdem nominis fluens.

Sarra vrbs Phœnicia, alio nomine Tyrus, vnde Sarranus, id est Tyrtius. Vergil. Sarrano dormiat ostro.

Sarpedon e longa filius Iouis, rex Lyciæ, occisus apud Troiam.

Sason insula inter Epirum & Brundisium.

Satyr animalia in Æthiopia humana specie, sed cornuta & caprinis pedibus. Vetere. putabant esse

semideos vel rusticos deos. Ver. Ferte simul satyriq;
pedem Hinc dictæ sunt satyræ, & carmina quibus
vitia carpuntur.

Saturnus filius Cœli & Vestæ vel Terræ, qui ex
Ope sorore sua genuit Iouem, Iunonem, Neptunum
& Plutonem. Item dicitur filios, mox, vt nati sunt,
comedisse. Item Cœlo patri suo genitalia abscidit.
Tandem à Ioue filio pulsus ex Cieta, venit in Ita-
liam, & ibi agriculturam docuit.

Sauo flu. in finibus Campaniæ.

Sauo vrb. maritima Liguriæ.

Sauromatæ vide Sarmata, Inu. Ultra Sauroma-
tas fugere hinc libet.

Saurus quidam sculptor eximius.

Scenitæ pop. vagus in Arabia, qui morantur in
scenis, id est tabernaculis aut tentoriis cilicinis.

Scæa porta Troiana, in qua fuit sepulchrum Lao-
medontis regis, quo integro Troia capi non potuit.

Scæuola qui sinistra manu pro dextra vitur, &
sic appellatus fuit Mutius, postquam excussit dex-
tram. Vide supra Mutium.

Scamander flu. Troiæ, Item filius Hectoris alio
nomine Astyanax. Item Scamandris opp. Troiæ.

Scyllia filia Nisi regis Megarensis, quæ capta ne-
fando amore Minoi regis, qui Megaras obsidebat,
vt illum sibi conciliaret, purpureum capillum patri
abscissum illi attulit. Fatalis namque erat ille capil-
lus Niso, vt illo amisso, regnum etiam amitti neces-
se esset. Minos autem Scyllam vt sacrilegam spre-
uit, nec secum ducere voluit, sed cum illa in nauem
eius iruisset, Minos eam resti alligatam de puppe
suspen-

suspendit in aqua. Fabulantur autem poëta, quod in auem quæ Ciris, id est alauda dicitur, sit mutata, quam Nilus pater in habeum mutatus persequi fertur. Altera fuit Scylla filia Phorci, quam Glau-
cus marinus deus cum amaret, & ab ea spernere-
tur, adiit Circem veneficam, petens vt carminibus
suis illam induceret in amorem sui. Circe vero
Glaucum amans, ab illo contempta, aquam in qua
Scylla se lauare solebat, sic infecit, vt quàm pri-
mum Scylla illam intrasset mutaretur in mon-
strum. Est igitur maximum monstrum superius Vir-
go, inferius Piscis, Lupinum & caudam Delphinam
habens. Vt ait Verg. 3. Aeneidos. Homerus autem
ait Scyllam habere sex capita & 12. pedes, & more
canis latrare. Reuera est grande saxum in Siculo
freto contra Charybdim, eminus effigiem huma-
nam referans, & collisione fluctuum repræsentans
latratus canum.

Scyros insula in Ægeo, vbi Achilles à matre fuit
abconditus habitu muliebri, ne vocaretur ad bel-
lum Troianum. Vide supra Deidamia. Inde
Scyrius.

Scyron latro in Attica, qui in scopulo sedens co-
gebat hospites sibi pedes lauare & se adorare. Quod
cùm facerent, eos præcipitabat in mare. Hunc The-
seus occidit, & illius ossa dicuntur esse mutata in
saxa, quæ ab ipso vocantur Scyronia.

Scyronia saxa sunt in Attica non longe à Megaris
ad mare, per quæ transitus est difficilis, dicta à Scy-
rone latrone.

Scythia ampla & barbara regio Septentrionalis,

ab India ad Germaniam porrecta ab vno latere pontum, ab altero Rypheos montes habens, hinc Scythicus.

Syrhopolis vrbs Syriae vel Iudaeae.

Scopas optimus sculptor marmorarius.

Sebaste vrbs Iudaeae olim dicta Samaria, sed Herodes appellauit eam Sebasten, quod interpretatur Augusta.

Sebennyticū est vnum de ostijs Nili in Ægypto.

Seleucus vnus de principibus Alexandri, & Post illius obitum, primus rex Syriae.

Seleucia vrbs Syriae circa Antiochiam.

Selymbria ciuitas in Propontide, propinqua Byzantio.

Semele e curta filia Cadmi regis Thebarum, quam Iupiter imprægnauit, quare Iuno indignata, & eam perdere volens, assumpta forma vetulae, qua fuerat nutrix Semeles, eam adiit & fingens se dubitare an amasius eius vere esset Iupiter, hortatur eam illum rogare, vt talis & tantus secum cubaret, qualis & quantus cum Iunone sit solitus. Postea cum Iupiter semel iurasset se illi daturum, quicquid peteret, illa à Iunone decepta, id petijt quod Iu. eam docuerat. Quare Iupiter vt iusiurandum seruaret, Semelem, quod petierat fulmine occidit. Infantem verò ex eius vtero sumens, quia nondum maturus erat partui, suo femori imposuit, & tandiu fouit, donec maternos menses compleret. Qui infans Bacchus dictus est, & à nomine matris quandoque vocatur Semeleius vel Semeleia proles.

Semiramis a curta regina Assyriorum vxor Nini
primi

prini regis, post cuius mortem ipsa virili habitu ut filius regis putaretur, diu regnavit & regnum bel- lando etiam auxit, & muros Babylonij circumdedit. Fuit etiam libidinosa, & tandem cum filij sui con- cubitum petisset, ab illo necata.

Sena vrbs Etrurix vel Tuscix, octingentis sta- dijs à Roma distans. Profertur etiam pluraliter Se- nax, arum.

Senones o curta pop. Gallix Celticæ, qui olim in Italiam armata manu venientes exercitum Ro. de- leverunt, ac Romam præter Capitolium ceperunt.

Senogallia vrbs Vmbriæ in Italia.

Sentinum opp Italia in finibus Vmbriæ & Pice- ni, alio nomine Saxoferratum.

Serapis a longa, idolum Ægyptiorum, alio no- mine Apis. Vide supra.

Setes pluraliter pop. in Asia Scythica apud In- diam, qui de suis Arboribus nobilem lanam depe- ctunt, de qua fit fericum.

Sequana a curta flu. Gallix Celtas à Belgis defi- niens. Oritur in ducatu Burgundiæ, & Parisios al- luens circa Rothomagum intrat Oceanum.

Sequani a curta pop. Gallix in comitatu Bur- gundiæ.

Seriphus i longa, parua insula & vna Cycladum in Aegæo mari.

Seria vrbs Campaniæ, vnde denominatur vinum Serinum.

Sestos vrbs ad Hellespontum sita contra Aby- dum, patria Heris puellæ, quæ & Sestias appellatur, vide supra Hero.

Sybaris curia, fuit urbs magna Calabriae in sinu Tarentino ad amnem Crathidem, quae urbs 15. subditas habuit, sed tandem deliciis & luxuria dediti ciues, omne robur amiserunt, & breui tempore à Crotoniatis victi & deleti sunt. Hinc Sybariticus ponitur pro luxuriosus. Fuit etiam Sybaris aliud opp. 12. milibus passuum distans à Roma.

Sybilla dicitur omnis foemina diuinans vel prophetans, & interpretatur diuinum consilium. Varro & Lactantius enumerant Sibyllas decem. Quarum prima fuit Persica, altera Lybica, 3. Delphica, Cumæa, 5. Erithraea 6. Samia, 7. Cumana, quae Tarquinio superbo Regi Roman. attulit nouem libros Prophetis plenos, pro quibus poscebat trecentos Philippeos aureos. Cùm autem rex ob magnitudinem petiti pretij rideret, illa in eius praesentia tres librorum exussit. Deinde regem interrogauit an eodem pretio sex reliquos libros emere vellet. Illo reuente, ipsa iterum tres combussit. Et cum tribus residuis adhuc peteret idem pretium, rex mulieris constantiam admiratus, pecuniam dedit & libros accepit, qui Romae diligenter seruabantur à 15. viris ad hoc ordinatis, & periculosis temporibus legebantur. Postea tamen aucti sunt hi libri additis carminibus aliarum sibyllarum. Octaua sibylla fuit Hellepontica in agro Troiano nata, 9. fuit Phrygia, 10. Tyburs vel Tiburtina. Et omnes Sibyllae de Christi incarnatione scripserunt, ut ait Lactant.

Sycambri populus Germania, finitimi Menapijs ad utranque Rheni ripam. Et putantur esse Gellenses.

Sica-

Sicania est Sicilia sic appellata à Sicanis populis, qui ex Hispania primò in Italiam iuerunt, deinde in Siciliam progressi sunt, vnde Sicani dicuntur Siculi vel Sicilienses.

Sicilia nobilis insula, angusto sed periculoso fretodistans ab Italia, cui olim fuerat adiuncta. Hinc Siculus & Sicilienses. Græci verò Sicelia per e scribunt, vnde & Ver. patronymicum foemininum fecit Sicelis, cum ait: Sicelides musæ, &c. Item Sicilia habet tria promontoria, de quibus vide triancra.

Sicyon vel Sicyona vrbs vetus Achaia in Laconia, apud quam oleæ multæ sunt. Est & insula in Ægæo contra Epidaurum.

Sicoris o cntra flu. Hispaniæ. Luc. Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes.

Sidon vrbs maritima Phoeniciæ, à copia piscium sic appellata, vbi primum factum fuit vitrum.

Syene e longa, insula vel vrbs in confinibus Æthiopiæ vel Ægypti directe sub tropico æstiuo, id est cancro in extremo torridæ zonæ.

Sigæum est promontorium Troadis vel Troiæ.

Syla mons & sylua Lucaniæ.

Sylla nobilis Roma. qui Mithridatem regem debellauit, & contra Marium Romanum cruentissimum ciuile bellum gessi, & Marianos, id est fautores Marij crudelissime necauit. Deinde cum fuisset dictator, id est solus Romæ princeps, deposita dictatura, obiit morbo pediculari: vel (vt alij volunt) iranimia sanguinem vomens.

Silenus e longa, nutritius & padagogus Bacchi.

Siler vel Silerus flu. Lucaniæ alluens Salernum.

M.

Oppidum, & Campaniam à Lucania separans, quæ fluu. cum alibi saluber sit, tamen ultra Surientum oppid. quicquid in eum projicitur, durefcit in lapidem, vt inquit Plinius.

Sylvanus deus rusticus sylvarum.

Syluia, id est Italia mater Romuli.

Symethus fluu. Siciliae non procul à Catanensi vrbe.

Simonides Græcus poëta Lyricus ex insula Cea oriundus. Et fuit primus Lyricus apud Græcos aptissimus ad mouendas lachrymas, flebile carmen inuenit.

Simois o curta flu. Troianus ex Ida monte profuens, & tandem Xanto miscetur.

Synphlegades sunt duo scopuli in mari, qui dicitur Hellepontus, inter quos est difficilis & periculosa navigatio. Vocantur etiam Syndromades, id est concurrentes, quia eminus videntur concurrere. Etiam vocantur Cyaneæ, vt supra.

Sina mons in deserto Arabiae. Alio nomine Oreb vel Choreb. In quo Moses legem & præcepta accepit à Deo.

Synaddis opp. Phrygiae. Vnde marmor synaddicū.

Synopes fuit vrbs iuxta Pontum vel in Cappadocia, Diogenis Cynici patria.

Sipontum vel Sipus huius Sipuntis clara vrbs in Apulia ad montem Garganum à Diomede constructa.

Syphax rex Numidiaë victus à Scipione.

Syphunus insula in Ægæo mari & argenti ferax olim.

Syrae

Syracusæ arum vrbs pulcherrima & nobilissima in Sicilia iuxta Pachinum promontorium quæ tres muros & tres arces habebat, & portum marmoreum.

Syrenes tres filiae Acheloi flu. & Calliopes musæ, quæ habitabant in quadam insula inter Italiam & Siciliam, & dulcedine cantus sui nauigantes alliciebant, ac deinde necabant. Vlysses autem illac nauigaturus aures sociorum suorum cera clausit, ne audirent cantus illarum, se ipsum autem ad malum nauis alligare fecit & sic euasit, vt inquit Homer. Syrenes autem de sui contemptu adeo doluerunt, vt se in mare præcipitarent.

Syria regio maioris Asiæ iuxta Iudæam. Quidam tamen Syriam vocant totam illam regionem, quæ continet Phœniciam, Palæstinam, Mesopotamiam, Babyloniam, quæ & Assyria dicitur, Hinc Syrus.

Syrius est stella in medio centro cæli, ad quam cum Sol peruenerit duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora. Latine hæc stella dicitur Canicula.

Syrtes sunt duo sinus, id est loca maris in fine Africæ, quas inaccessas facit vadofum ac reciprocum mare. Sunt igitur loca periculosa propter æstus, id est motus inquietos, & arenæ copiam.

~~Sisyphus~~ ~~Eoli~~ filius, latro fuit in Isthmo quem Theseus occidit. Et apud inferos hac pœna plecti dicitur, vt saxum semper relabans portare cogatur in montem. Oui. ~~Aut petis aut vrges~~ rediturum Sisyphæ saxum.

Sithonia Thracis vocabatur. Hinc Sithonius id

est Thracius. Ver. Sithoniasque niues hyemis suboc-
mus aquosa.

Smilax puella quæ amore Croci iuuenis tabe-
scens mutata fuerit in herbam sui nominis quæ si-
milis est heteræ. Ouid. Et crocon in paruos verius
cum Smi'ace flores.

Smyrna vrbs Ionix vel Mæoniæ in Asia minori,
quam urbem Meles flu. circumfluit. Hæc à quibus-
dam dicitur Homeri patria.

Socrates Atheniensis Sophronisei marmorarij &
Phanaretæ obstetricis filius, qui cum acris esset in-
genij, & Physicæ atq; facundiam sine virtute nihil
prodesse videret, illis artibus quæ solæ tunc in vñu
erant relictis, ad Ethicam se conuertit, & sophistas
vehementer irridebat. Quin etiam Apollo interro-
gatus à quondam de Socrate, respondit illum esse
sapientissimum, propter hæc cum multi ei inuide-
rent, ab Anito quodam diuite & Melisso poëta &
Lycone oratore accusatus est, quasi deos contem-
neret & pueros corrumpere. Cumq; nimis animose
in iudicio loqueretur, addictus morti venenum bi-
bit in carcere: sed statim pop. mortem eius ita do-
luit, vt accusatores eius vel morte vel exilio plede-
ret, & ipsi Socrati statuam æream dedicaret. Huius
discipulus fuit Plato & alij permulti.

Solyriæ, arum vrbs nobilissima Iudææ, quæ &
Hierolimæ. Ponitur etiam adiectiue. Item vrbs
alia circa Lyciam vel Ciliciam iuxta Homerum.

Solon Athenien legumlator, & vnus de 7. sapien-
tibus, qui Cræsum regem monuit, vt se felicem non
putaret quamdiu viueret.

Sora

Sora opp. Volscorum in Campania.

Soraſte mons Hirpinorum in Fallicis 20 millibus
paſſuum à Roma.

Sparta vel Spartæ nobilis vrbs Laconia, alio no-
mine Lacedæmon. Inde Spartanus & Spartiata gen-
tile nomen.

Spartacus fuit gladiator & ſeruus cuiusdam Ro-
mani, qui tandem cum 82 ſociis ſuis effugiens e car-
cere, multa ſeruorum millia congregauit, & multis
damni affecit Italiam, tandem à M. Crasso in præ-
liis occiſus. Luca. Vt ſimili cauſa caderes qua Spar-
tacus hoſtis.

Sperchius flu. Theſſalia in monte Pelio ortus.

Speuſippus philoſophus Academicus, Platonis ex
ſore nepos, & in ſchola ſucceſſor.

Sphinx monſtrum facie virginis, pennis auum,
& pedibus leonis, quondam ad Thebas veniens, hoc
anigma propoſuit: Quod eſt animal bipes idemque
tripes & quadrupes? Qui hoc anigma ſoluere ne-
quibat, eum ſphinx occidebat, tandem Oedipus ita
ſoluit, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia ma-
nibus & pedibus nitens quadrupes eſt, at in ſenectu-
te baculo vtens tripes eſt. Tunc ſphinx ſe de ſaxo
præcipitem dedit. Reuera ſphinx eſt animal mon-
ſtroſum in Æthiopia de genere ſimiarum, fulco pi-
lo, mammis in pectore geminis, & homini perſimi-
le, niſi quod pilo um eſt & ſolitudinem colens.

Sporades, id eſt ſparſæ, ſunt inſule multæ in Aegeo
vel Myrthoo mari, in e quaſ eſt Paſmos.

Stentor quidam Græcus in bello Troiano tam
vocalis, vt tantu faceret ſonum, quantum alij quin-

quaginta, vt ait Hom. Iuuen Tu miser exclamans vt vincere Stentora possis.

Stilenobæa vxor Præti, vide Bellerophon.

Steropes vnus Cyclopum, vide Brontes.

Stesichorus Siculus poëta Lyricus, qui cum Helenam Menelai vxorem quodam carmine vituperasset, oculos amisit, sed cum palinodia, id est contrario carmine eam laudasset, visum recepit.

Stibon est Mercurij stella, à stilbo Græco, id est splendore.

Stilpon quidam philosophus Megar. ensis.

Stymphalus lacus aut palus Arcadiæ apud opp. nomine Stymphalum, in quo lacu erant aues tantæ magnitudinis, vt radios Solis obumbrarent, quæ totam Arcadiam deuastabant, & à lacu dicebantur stymphalides, quas Hercules sagittis occidit.

Styx aqua infernalis per quam dii iurabant. Inde Stygius a um, id est inferus vel infernalis. Est etiã styx paruus flu. Arcadiæ circa Nonacrim montem ex quo qui potat ilico moritur. Item alia palus Ægypti circa Memphim ambiens Abaton insulam.

Strabo Cretensis philosophus, geographus temporibus Augusti.

Strato philosophus Lampfacenus, magister Ptolemæi Philadelphi.

Strymon, fluu. Thraciæ ex Aemo monte profuens, & Thraciam à Macedonia separans. Inde Strymonius, a, um.

Strophades insulæ duæ in mari Ionio, in quo Harpyias habitare dicit Ver. lib. 3. Æneid. Nam Phineus rex Arcadiæ, cum filios suos vxoris suæ cæcasset, irati

irati dii ipsum quoque cæcauerunt, & Harpyias aues rapaces & fœdas immiserunt qui eum vexarēt. sed cum illic venisset Iason cum Argonautis, & Phineus eos humaniter tractasset, miserunt Zethum & Calaim filio Boreæ alatos vt Harpyias pellerent ex regno Phinei, quod illa facientes, cum venissent ad has insulas, moniti sunt, ne canes Iouis, id est Harpyias viterius persequerentur. Ob hoc insulæ quæ prius Plotæ dicebantur, appellatæ sunt Strophades, id est conuersiones, quia illic Zethus & Calais conuersi sunt à persecutione Harpyiarum, eas ibi relinquentes.

Strophius rex Phocidis, pater Pyladis.

Saburra vicus in vrbe Roma.

Suessæ ciuitas Campaniæ.

Suessiones pop. Galliæ inter Belgas in prouincia Remensi.

Salmo opp. Pelignorum in Brutiis, Ouidii poëtæ patria.

Sunium promontorium & opp. in Attica.

Surrentum oppidum Campaniæ.

Susa, æ, & Susa, orum, regia vrbs Persarum.

Lucanus, Agmina Achemeniis decurrant media Susis.

DE LITERA T.

Tabor mons est in medio Gallileæ campo, miræ rotunditate sublimis, distans à Diocesaria decem millibus passuum Hæc Hieronymus.

Taburnus mons Campaniæ vel potius Apuliæ.

Tænarus per æ diphthong. promontorium Laco-niæ iuxta Spartam urbem, cuius in summitate ma-

gnus hiatus est vel specus, quandoque strepitum agente vento faciens. Vnde fabulantur illic esse portam inferni. Vergil. Tænarias etiam fauces alta ostia Ditis.

Tages autor Haruspicinæ, qui in Hetruria subito apparens aratori cuidam, docuit eum artem illam.

Tagus fluu. Lusitanix, aureas habens arenas imixtas.

Taygeta vrbs Laconix. Taygetus mons ibidem. Ponitur etiam taygetus adiectiuè.

Thalassius vel Thalassio Deus nuptiarum.

Thales Milesius, primus de septem sapientibus, qui & primus in Græcia disputauit de rerû natura.

Thalia, i prod. dicitur vna musarum. Item vna gratiarum, à Græco verbo tallo quod est vireo.

Thamyras Thracius Citharædus, qui sua arte superbiens, prouocauit musas ad certamen, à quibus oculis & arte priuatus est. Oui. Quid miserum Thamyrim picta tabella iuuit.

Tanager fluu, Lucanix.

Tanais fluu. Septentrionalis in Scythia, qui Europam ab Asia separat, & in Mæotim paludē labitur.

Tanais magna vrbs in Ægypto, in ostio Nili, quod in eo Tanaiticum appellatur.

Tantalus Ioui filius ex Flore nympa, rex Phrygiæ, qui diis hospitio susceptis apposuit Pelopem filium suum comedendum, vide supra Pelops. Idem quoque Tantalus secreta deorum hominibus indicauit, quapropter apud inferos ita cruciari dicitur, vt ad amœnum fluuium stans, & arborem dulcibus pomis onustam ante se videns, semper tamen esuriat

fiat & sitiatur. Nam quoties ad potandum se inclinatur,
aut ad carpendum pomum manus extendit, & fluvius
& arbor ab ipso ita discedunt ut attingere nequeat:
Ouid. Quærit aquas in aquis & poma fugacia cap-
tat Tantalus, hæc illi garrula lingua dedit.

Tantalus, id est Niobe filia Tantali, supra Niobe.

Taprobane insula remotissima ultra Indiam in-
ter ortum & occasum Solis. Ad quam nauigantes,
quoniam Septentrionem non vident, aues secum
vehunt, quarum aliquas sæpius emittunt, ut sequan-
tur volatum illarum. Est autem auro, argento &
gemmis ditissima.

Tapsus insula decem stadiis distans à Sicilia.

Tarraco, a curta, vrbis Hispaniæ citerioris à Sci-
pionibus condita. A quo prouincia Tarraconensis
est dicta, quæ vulgo vocatur Cathalonia.

Taracina opp. Volscorum in Campania, quod
prius Anxur dicebatur.

Tarentum nobilis vrbis Calabriae in finibus Italiae
ad mare sita. Inde Tarentinus.

Tarpeia puella Romana filia Tarpei custodis Ca-
pitolij tempore Romuli, quæ Tatio regi Sabinorum
& tum hosti Rom. prodidit Capitolium, pacta ut
quod in sinistra ferrent Sabini, sibi darent, putans,
scilicet armillas aureas. At illi scuta sua in eam con-
iicientes ipsam necauerunt. Hinc Capitolium dici-
tur Tarpeius mons vel Tarpeia rupes & arx.

Tarquinius Priscus fuit quintus rex Romanorum.

Tarquinius superbus, 7. & vltimus rex, à Rom. ex-
pulsus ob superbiam suam, & ob nequitiam Sexti
Aurantis filij eius, qui Lucretiam nobilem matronam
violauerat.

Tarquinij, orum, vetus pop. Campaniæ.

Tarsus vrbs clara Ciliciæ, quam Cydnus amoenus fluv. præterfluit, condita fuit à Perſeo Iouis & Danais filio. In eo natus est D. Paulus Apostolus.

Tarsis regio Indiæ, licet etiam pro Carthagine ponatur in sacris literis. Item pro Hyacintho lapide, & pro mare positum legitur, ut ait Hieronymus.

Tartarus est profundissimus & pessimus inferorum locus, in quo impij cruciantur indicibilibus tormentis. Dicitur autem à Græco verbo taratto, quod est turbo, vel à tarattizein, quod est tremere & horrere.

Tartari pop. Scythicus, olim Nomades dicti.

Tartessus oppid. in fine Hispaniæ iuxta columnas Herculis, alio nomine Carteia & Gaddir. Inde Tartessus adiectivum, id est occidentalis.

Tarvisium vrbs Venetiæ in Marchia Tarvisina.

Taurinum, vrbs ad alpes, caput Pedemontanæ regionis.

Taurus magnus & altus mons Ciliciæ, sed Plinius inquit, quod sit mons maximus & immensus ab India porrectus, per Asiam vsq; ad Mæotim paludem Scythiæ, cuius pars est Caucasus mons, sed & alia multa diuersis in locis habet nomina. Taurus etiam sidus est & signum in zodiaco.

Taurica est regio Thraciæ vel Scythiæ, vbi aduenæ immolabantur Dianæ.

Taurominium mons Siciliæ, ad Drepanum promontorium, & vrbs in monte illo sita. Inde Taurominitanus.

Thaumantias vel Thaumantis, idis, dicitur Iris filia

filia Thaumantis, & Electræ filia Oceani, nuntia deorum in rebus malis, & Mercurius in bonis. Verg. 9 Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est, à thauma quod Græcè miraculum est.

Theanum opp. Campaniæ & producit a.

Thearus limpidus flu. in Thracia.

Thebais regio superioris Ægypti, vicina Æthiopiæ. Etiam Thebais dicitur mulier Thebana Item liber Papinij Statij poëtæ de bello Thebano. Item tragœdia Senecæ de eodem.

Thebe huius thebes, grandis vrbs Ægypti ab O-
firide rege condita, & tota pensilis, id est sub se ha-
bens vias subterraneas. Fuit 140. stadiorum ampli-
tudine, & 100 portas habuit secundum Homerum.
Quod & Iuuen. Atque vetus thebe centum iacet ob-
ruta portis. Vocatur alio nomine Diospolis, teste
Plinio.

Thebæ, arum, vel thebes vrbs Bœotiæ in Græcis condita à Cadmo Agenoris regis filio, vbi Bacchus & Hercules nati fuerunt. Fuit & alia Thebe in Cili-
cia patria Andromaches vxoris Hæctoris.

Tegea, e curta, opp. Arcadiæ. Inde tegæus a, uin, per æ diph hongon & quatuor syllabas.

Telamon Æaci filius, frater Pelei, & pater Aiæcis, rex Salaminis insulæ,

Telemachus, a curta, filius Vlyssis & Penelopes qui patri in regno successit.

Telegonus, filius Vlyssis ex Circe, qui patrem se-
cutus in Ithacam imprudens illum necauit inco-
gnitum. Deinde fugiens in Italiam condidit ibi vr-
bem Tusculum.

The-

Tholeobæ populus Ætholiæ.

Telemus vates inter Cyclopes, qui Polyphemo prædixerat cæcitatem ab Ulyſſe illi inferendam.

Telephus filius Herculis ex Auge nymp̄ha, nutritus à cerua. Poſtea rex Myſiæ factus, Græcos per ſuam regionem tranſeuntes ad Troiã prælio adorſus, ab Achille vulneratus fuit in femore. Deinde facta pace cum Græcis, dum ſanari non poſſet, conſuluit oraculum, quod reſpondit vt ab eadem hafta peteret ſalutem, à qua acceperat vulnus. Cùm ergo in eodem loco rurfus eum Achilles percuffiſſet, ſanatus eſt, quod ſic intelligitur, quia de rubigine ferri Achilles fecit emplaſtrum, quo illius vulnus ſanauit.

Tempe amœnus locus in Theſſalia, montibus & arboribus cinctus, per quem Peneus flu. leniter fluit. Ponitur pro quocunq̄ue loco amœno, vt apud Verg. Viuiq̄ue lacus & frigida Tempe.

Themis dea docens petere licita, quæ templum habuit in Bœotia, interpretatur fas aut licitum.

Themefe, opp. Cypri inſulæ, in quo primum re- peritum dicitur æs, quod inde vocatur Themefeum. Stat. in Syluis, Et quis ſe totum Themefe dedit hauſta metallis.

Themistocles Athenien. dux clariffimus, qui Xer- xem regem nauali prælio vicit. Poſtea per inuidiã exul factus ad Xerxem confugit, à quo honorificè exceptus & dux belli contra Athenienſes conſtitu- tus, cum neque regi bene de ſe merito vellet negare, neque patriæ licet ingrata cladem inferre, ſeipſum peremit hauſto ſanguine tauri, vt quidã ſcripſerunt.

Tem-

Tempus dicitur cacumen Tmolli montis, de quo
infra. In quo 130 annos homines vivere dicuntur.

Tenedos insula non procul à Troia, postquam la-
tuerunt Græci, cum insidias tenderent Troia. Ver-
gil. Est in conspectu Tenedos notissima fama Inu-
la, diues opum.

Teno insula in Ægæo vna Cycladum.

Tentyra vrbs Ægypti, cuius incolæ dicuntur ha-
bere naturalem viam contra Crocodilos.

Theophrastus philosophus Peripateticus, audi-
tor & successor Aristotelis, interpretatur diuina elo-
quentia.

Teos ciuitas Ioniæ patria Anacreontis poëtæ Ly-
rici, qui inde dicitur Teius, id est, de Teo.

Tarapnæ pluraliter tantum, vrbs Laconia in The-
banis finibus.

Thera insula Ligustici maris, qua & Therannis
& Corsica.

Teieus rex Thracia, maritus Prognæ. Vide supra
Prognæ.

Tergesta ciuitas Venetiæ.

Thermodoon vel Thermodon flu. in Pontica re-
gione apud quem habitauere Amazones.

Thermopyla, arum, mons longissimus Græciam
transiens & eam diuidens. In quo sunt angusti mea-
tus, apud quos scaturiunt aquæ calidæ, à quibus de-
nominatus est ipse mons, nam iermos Græcè cali-
dus, pyle porta dicitur.

Terpsichore vna musarum, quasi delectans
tæros.

Terites quidam Græcus, ex Ætolia profectus ad
Tro-

Troiam, nobilis, sed deformissimus & ignarus, ab Achille pugno necatus. Iuuenal. Malo pater tibi sit Therfites, dummodo tu sis Æacidæ similis, &c.

Thespia opp. Boetiæ ad Heliconem montem, unde Musæ dicuntur Thespiades. Item Thespis antiquissimus & primus poëta tragicus, de quo Horat. in arte.

Thesprotia regio & pars Epiri.

Theseus Ægei Atheniens. regis filius, vir fortis, qui more Herculis magna fecit. Nam adhuc adolescens cum Hercule pugnavit contra Amazones. Etiam Creontem Thebanum, qui in prælio mortuos sepeliri prohibebat, occidit. Item terribilem taurum deuantem Atticam apud Marathonem necavit. Item Minotaurum occidit, ut supra dictum est. Item Cyronem Procustem & Schinim latrones occidit, rapuit Helenam adhuc puellam, sed reddidit. Ex Creta secum adduxit Ariadnen & Phædram filias Minois regis, sed in insula Naxo reliquit Ariadnen, ut supra. Tandem cum Pirithoo amico suo iuit ad inferos, ut Proserpinam raperent. Sed Pirithoum Cerberus deuoravit, Theseus ibi detentus est, donec ab Hercule liberaretur. Vergil. tamen ait in 6. Theseum apud inferos mansisse. Fuit autem Theseus rex Athenarum, unde Athenienses ab ipso denominantur Thesidæ.

Thesias, id est, Altheza filia Thestij. Vide supra Meleager & Altheza.

Thestorides, id est Calchas vates filius Thestoris.

Thesiphon vrbs Partho vicina Seleuciæ in Assyria.

Thes.

Thesiphone dicitur vna de fariis infernalibus: sed melius scribitur Tisiphone, quia venit à tisis quod pœna, & phone quod est mors, & corripit o.

Thessalia regio Graciæ inter Atticam & Thraciam sita. Alio nomine Æmonia, & est montosa & famosa veneficij.

Thessalonica, i prod. vrbs Maccdoniæ.

Thetis, idos, filia Chironis, vxor Pelei, & mater Achillis. Istud nomen aspiratum th habet initio, & breuiat vtranque syllabam. Stat. Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.

Tethys, yos, filia Cœli & Vestæ, vxor Neptuni. Istud nomen aspiratum th habet in vltima, & producit vtramque syllabam. Verg. teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Ponitur pro mari, sicut & præcedens nomen. Nam poëtæ differentiam datam quandoque confundunt.

Teucer vel Teucrus filius Scamandri Cretenfis Troiam condidit, vnde Troia dicitur Teucra, & Troiani Teucri. Alius fuit Teucer filius Telamonis regis Talamini insulæ ex Hesione filia Laomedontis, qui cum Aiace fratre suo ex alia matre profectus fuit ad bellum Troianum: sed cum Ajax se ex ira necasset, & Teucer solus domum redisset, iratus pater illum expulit regno. Ergo Teucer in Cyprum profectus, ibi urbem Salamina condidit.

Teutates, idolum quondam Gallorum, cui humano sanguine sacrificabant, sicut & Heso. Luc. Et quib immitis placatur sanguine diro, Teutades, &c.

Teumessus, e producta, mons & regio Bœotiæ, vbi Hercules adhuc adolescens occidit leonem, cuius pelle

pel e utebatur pro veste Postea alium leonem necavit apud Cleonas.

Teuhrana regio Asiæ minoris.

Thyias mulier sacerdos Bacchi, quæ & Bacchis & Manas.

Thyntira vrbs Asiæ non longè à Pergamo.

Tyberias vrbs Gallileæ ad lacum Genezareth condita, appellata sic ab Herode Antipa, in honorem Tiberij Cæsaris.

Tyberis vel Tiberis est flu. Italiæ, qui ex Apœnino defluens & Hetruriam ab Umbria diuidens, Romã transit, & deinde apud Ostiam mare illabitur. Primò ab aquæ albedine vocabatur Albula. Deinde à Tibri rege Tuscorum circa eum occiso dictus est Tiberis. Postea à Tiberino rege Albanorum in eo submerso appellatus est Tiberis vel Tiberinus.

Tybur vetus opp. Italiæ, distans à Roma 16 millia passuum in colle conditum à tribus fratribus Thebanis, s. Tyburto, Corace, & Catyho filiis Ce-tilli, filij Amphiarai vatis Thebani. Hinc Tybur gentile, &c.

Ticina, i curta vrbs Insubrium vel Longobardiæ, quæ nunc Papia dicitur. Vocatur autem Ticinum à flu vicino, qui Ticinus dicitur: Philelphus, Quosq; pater Ticinus nitida perlucidus vnda.

Tydeus filius Oenei regis Ætolia vel Calidonia, vir fortissimus. Qui cum Menalippum fratrem suum in uenatione imprudens occidisset, patriam fugiens, adiit Adrastum regem Argiuorum, qui dedit ei Argiam filiam suam: à Polinice, qui alteram Adraستي filiam habebat: legatus missus Thebas ad Eteoclem regem.

regem fratrem Polynicis, vt pacti memor regnum patri redderet. Cumque Eteocles regno se cessurum negaret, & Tydeus propter hoc ipsum durè argueret, indignatus Eteocles, 50 milites misit, qui in sylua latentes, Tydeum recedentem clam aggredirentur & occiderent. sed Tydeus omnes occidit præter vnum quem nuntium cladis remisit. Tandè post multa fortia facta, in bello Thebano fuit occisus à Menalippo Thebano, quem tamen ipse cum mortaliter ab eo vulneratus esset occidit, & caput eius dentibus discerpfit, vt ait Stat.

Tyrides, i longa, id est Diomedes Tydei filius. Vide supra Diomedes.

Thyestes filius Pelopis & Hyppodamiæ, qui aspirans ad regnum, corrupit vxorem regis Atrei fratris sui. Quare Atreus filios eius sibi coxit. Vide supra Atreus. At Thyestes oraculum consuluit quomodo se vlcisci posset, & iussus est cum filia sua Pelopeia coire, ex qua natus est Ægysthus qui Atreum occidit.

Tygranes rex maioris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primò à Lucullo, deinde à magno Pompeio.

Tygris rapidissimus fluuius Armeniæ, qui à velocitate nomen habet. Nam tigris Medorum lingua est sagitta. Vnde & bestia quædam in Hyrcania propter miram velocitatem suam vocatur tigris. Item tigris fluuius oritur ex fonte Paradisi, vt legitur in Genesi.

Tile insula Oceani inter occidentem & Septentrionem remotissima & vltima ex insulis notis. In

N

qua

qua solstitio, id est in medio æstatis, nullæ sunt noctes, & in medio hyemis nulli dies.

Tilos insula in mari Indico, vbi semper videntur omnes arbores.

Timæus Locrensis philosophus, cui Plato librum de mundo incripsit.

Timauus fluu. Venetorum vicinus Concordiæ, & Tergesti oppidis, ex grandi monte per ora nouem effulus.

Timantes egregius pictor.

Timoleon Corinthius nobilis, qui primò patriam suam, deinde Syracusam tyrannide liberauit.

Timbræus Apollo dicitur à thymbra herba, alio nomine satureia, quæ abunde crescit in agro Troiano circa templum Apollinis, vnde & fluu. ibidem Thimbra vocatur.

Thymos opp. Ciliciæ. Horat. Thyma merce beatam. Strabo autem Thymos pop. ait esse iuxta Bithynos.

Tyndarus vel Tyndareus rex Laconia, maritus Leda, & pater putatiuus saltem Helena, quæ ob hoc dicitur Tyndaris, id est filia Tyndari. Stat. Tyndaris incesta nimium laudata rapina.

Tyngi vel Tyngis oppidum Mauritaniam, alio nomine Iulia.

Thyoneus, o prod. dicitur Bacchus, quasi impetuosus. Nam thyo Græcè significat impetum facio.

Typhoeus per eum diphthong. & non per æ, fuit gigas Titani & Terræ filius, qui Iouem ad certamen prouocauit, ab eo fulminatus dicitur, & sub insulam Inarimem trusus. Lucan. Conditus Inarimes æterna mole

mole Typhoeus. Ouid. tamen sub Sicilia illum sepultum ait. appellatur etiam, Typhon & Typhos. Typhoeus autem adiectiuum est.

Typhon frater Osiridis regis Ægypti, qui ipsum regem clam necauit, & in 25 partes corpus eius discepsit, ab Iside regina & ipse pro meritis occisus. Item typhon pro typhoco ponitur.

Typhis excellens faber lignarius & gubernator nauis Argonautarum. Ouid. Tiphys in Æmonia puppe magister erat. Ponitur generaliter pro gubernatore nauis.

Tyris huius tyrintis vrbs Achaia & Auuius.

Tyrinthus dicitur Hercules, eo quod circa illam urbem magnalia gessit.

Tiresias vates Thebanus, qui cum coeuntes angues baculo percussisset, mutatus fuit in foeminam. Post annos autem 11. cum iterum percussisset coeuntes angues, virilem naturam recepit. Iupiter autem & Iuno contendentes vtrius sexus maiores esset libido, hunc qui vtrunque esset expertus, arbitrum elegerunt. Tyresias autem pro Ioue sententiam tulit, asserens foeminam plus libidinis habere. Ob hoc Iuno eum caecauit, sed Iupiter vt caecitatem eius beneficio solaretur, dedit ei diuinationem. Vnde apud Horat. ipse dicit Vlyssi: O Laertiade quicquid dicam aut erit aut non. Diuinare enim magnus mihi donat Apollo.

Tyrrheni sunt Thusci, popul. Italiae, dicti à rege suo Tyrrheno cum quo venerunt olim de Lydia. Et Tyrrhenia est Thuscia, & Tyrrhenus, a, um, id est Thuscus.

Tyrus vrbs vetus & nobilis in Phœnicia ad mare sita, olim insula, sed magnus Alexander cum eam obsideret, mare clausit. Qui etiam ciues prope omnes crucifixit, eò quòd serui essent, & dominos suos, id est, veros ciues, omnes occidissent, vt ait Iustinus. Item apud Tyrum capiuntur conchyliæ, quæ purpuræ vocantur, quatum sanguine tinguntur vestes purpuræ, quæ ob id dicuntur Tyriæ. Item Carthaginenses appellantur Tyrii, quoniam conditores Carthaginis venerunt de Tyro, scilicet Dido cum suis. Thebani quoque dicuntur Tyrii, eò quòd Cadmus Thebarum conditor fuit de Phœnicia.

Thysbe puella Babylonica. Vide supra Pyramus.

Typhone est vna furiarum, supra Tesiphone.

Tyflageta pop. Scythicus vltra Sarmatias.

Titan vel Titanus filius fuit Vrani & frater Saturni maior natu, qui Saturnum bello adortus cepit Iupiter autem filius Saturni Titanos, id est Titanum cum suis prælio vicit, & patrem suum liberavit. Ex Titane nati sunt Gigantes, qui cum Ioue bella gesserunt. Fuit etiam Titan auus Solis, vnde Titan dicitur.

Titanis, idos, id est filia Titani, scilicet Latona. Capitur etiam pro Luna, Stat Titani latæ mundus sub nocte silenti.

Tityus filius terræ, & maximus Gigas, qui iacens occupare dicitur nouem iugera. Qui cum Latoniam violare vellet, ab Apolline sagittis necatus & ad inferos trusus est. Cuius iecur à vulture exedibitur, & quotidie renasci in pœnam, vt ait Vergil. in 6.

Titho-

Tithonus filius Laomedontis regis Troiæ ab Aurora adamatus, & in virum electus, quæ ab ipso genuit Memnonem filium. Vnde Tithonia coniunx à poëtis appellatur Aurora, Tithonus autem audita filij nece ita doluit, vt tandem mutatus sit in cicadam.

Tlepolemus filius Herculis Rhodiorum rex, occisus à Sarpedone in bello Troiano.

Tmolus mons Lydiæ ferax vini, mellis & croci. Dicitur etiam Timolus. Quid Deseruere tui nymphæ vineta Timoli.

Thoas rex Colchorum in Taurica regione occisus ab Oreste. Vide supra, Iphigenia. Alter fuit Thoas rex Lemni, pater Hypsipyles, quæ forma patronimica Thoantias dicitur, est filia Thoantis.

Tholosâ vrbs Galliæ Narbonensis vel in Aquitania

Tolentum opp. in Piceno. Inde Tolentinus gentile nomen.

Tomyris regina Massagetarum, quæ Cyrum regem Persarum occidit. Nam Cyro cū ingenti exercitu Scythiam ingresso, Tomyris ei filiū suum adolescentem obuiam misit, quem Cyrus per inuidiam cum suis interfecit, tunc regina quasi diffidens retrocessit, & Cyrum in angustias ductum cum omnibus suis copiis interfecit, caput etiam Cyri in urnam cruore plenam misit, dicēs: Satia te sanguine quem sitisti, cuiusque insatiabilis semper fuisti.

Tomarus mons Epiri, centum fontes circa radices habens.

Tomos vrbs in Ponto, vbi Medea sequens Iaso.

nem, laceravit fratrem suum paruulum, vt sic retardaret patrem à sui persecutione. Nam tomos interpretatur incisio. Ibi exulauit Ouid. poëta. Dicitur etiam Tomi pluraliter.

Thracia regio Europæ latissima iuxta Mysiam & Macedoniam, in qua est vrbs Constâtinopolis. Sunt autem Thraces pugnaces & feri, quia partim sunt Barbari, partim Græci. Etiam dicitur Thrace pro Thracia, & habet à Septentrione Istrum, ab oriente Pontum, à meridie mare Ægæum.

Traconitis regio Syriæ ad Arabiam.

Trallis vrbs Asiæ minoris.

Traſibulus Atheniensis dux qui patriam à triginta tyrannis liberauit. Tandem in castris necatus noctu.

Trafimenus lacus in agro Perusino, iuxta quem Hannibal Flammineum consulem cum 23 Romanorum milibus interfecit, & sex milia cepit.

Trebia flumen Italiæ iuxta Placentiã, circa quod Hannibal Romanos superauit duobus praliis, primo Scipionis exercitum, deinde Sempronij consulis profligando.

Triballi pop. Scythicus iuxta Mæſios & Pannonos. Nunc Seruij & Rasciani dicuntur.

Tripolis regio Phœnicia habens tres ciuitates, quæ sunt Tyrus, Aradus & Sydon.

Trinacria vel Triquetra, id est Sicilia dicta, quia habet tres acris, id est, tria promontoria, quæ sunt Pachinus, Pelorus, & Lilybæum.

Triptolemus Eleusij filius & rex Atticæ, qui in illis locis vsu frumenti primus docuit. Poëta fabulantur

Iantur quod Ceres eum infantem aluerit ac tur-
rui suo imposuerit vt sationem frumenti vbique
doceret.

Triton marinus deus Neptuni filius & tubicen.
Item Triton est flu. Aphricæ defluens in paludem
Tritonidem, Deinde in mare Libycum. Vnde &
Pallas appellatur Tritonia, quia iuxta paludem
Tritonidem nata fertur aut apparuisse.

Troglodytæ pop. in finibus Aphricæ vtra Æthio-
piam, qui velociores equis sunt, & in cauernis habi-
tantes carnibus serpentum viuunt, vt Plinius ait.

Troas regio minoris Asiæ ad Hellespontum, quæ
Troia dicitur. Item Troas vrbs est in Troade. Item
Troas dicitur fœmina Troiana. Var. At procul in so-
la secretæ Troades acta, id est, littore.

Træyen e longa, vrbs Atticæ, vel vt in Statium
Lactantius ait, Thessaliæ patria Thesei.

Troia regio minoris Asiæ, quæ & Troas, in qua
fuit regia vrbs Ilium vel Ilion, quæ etiam Troia
dicitur.

Tros filius Erichtonij filij Dardani rex Phrygiæ,
à quo Troia appellata est regio quæ prius Darda-
nia vocabatur, à Dardano. Filij Trois erant Ilus &
Assaracus.

Tros etiam dicitur vis Troianus.

Tuder vel Tudertum vrbs Vmbriæ.

Tullus Hostilius tertius rex Romanorum belli-
cosus.

Turduli pop. Hispaniæ Bethicæ, quibus propin-
qui sunt Tarditani.

Turo vrbs Metropolis Biturigum in Gallia Celti-

ca prope Ligerim fl. habet suffraganeos vndecim.

Turpio Ambuius erat actor comœdiarum Terentij temporibus.

Tuscia regio Italiæ, quæ & Hetruria dicitur, vt supra.

Tuscum op. Latij in colle situm, vt Roma videri possit, conditum a Telegono fil. Vlyssi & Circes.

Tusculanam dicitur villa, scilicet possessio rustica apud Tu'culum.

DE LITERA V.

V Acci pop. Hispaniæ citerioris.

Valentia vrb. Hispaniæ citerioris mille passus à mari, Colonia Romanorum.

Valeria prouincia circa Pannoniam, quæ nunc Styria vocatur.

Vangiones pop. Germaniæ, nunc Vormacienses dicti.

Varus flu. diuidens Galliam ab Italia, à quo Liguria incipit.

Vascones popu. Hispaniæ Tarraconensis, qui quondam ab hostibus angustiati vescabantur humanis carnibus. Iuue. Vascones vt fama est al mentis talibus vsi.

Vaticanus mons in vrbe Roma vbi nunc palatium est summi pontificis, & Basilica S. Petri, dictus à vaticiniis ibi datis olim.

Vbii populu. Germaniæ ad Rhenum, scilicet Colonienies & finitimi.

Vestones popu. Hispaniæ, Lucan. Vestones que leues.

Veij vrb. potens quondam in Hetruria quæ diu cum

cum Romanis bellauit, tandem capta per Camillum. Eius incolæ dicuntur Veientes, & Veientanus adiectiuum, vt Veientanum vinum.

Velia opp. Lucaniæ circa Palinuram promontorium. Inde Velinus. Ver. poriusque require Velinos.

Velitræ, velitrarum vrbs Volscorum 20 milibus passuum à Roma. Inde Veliternus.

Venaphrum opp. Campaniæ, vbi optimum prouenit oleum.

Venusia vrbs Apulię patria Horatij poëtæ, qui inde dicitur Venusinus.

Venus amorum dea, vnde pro amoribus accipitur. Ponunt autem tres Veneres. Prima fuit filia Cœli & Dicit, quæ ex Ioue vel Baccho genuit Cupidinem & Gratias. Alteram ex virilibus Cœli natam dicunt. Nam Saturnus (vt aiunt) Cœlo patri suo amputauit virilia, quæ in mare proiecta & fluctibus agitata spumam fecerunt, de qua nata dicitur Venus, quæ ob id Aphro e vocatur. Tertia Venus fuit Iouis & Dionis filia, Æneæ Troiani mater.

Vercellæ arum vrbs Liguriæ circa Alpes.

Verulæ, vrbs in Latio. Inde Verulanus.

Verona vrbs clara Venetiæ in Marchia Trauifina, non procul ab Alpibus, quam alluit Athesis fluu. amœnissimus. In ea nati fuerunt Catullus poëta, & duo Plinij, Ouid. Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo.

Vero fluu. in Celtiberia, cuius accolæ dicuntur Verones.

Ventumnus deus, qui præesse putabatur rebus

vertendis, id est vendendis & emendis, aut qui se vertit in varias species.

Vesta filia Saturni, dea virginitatis quondam habitata, cuius in templo erant sex virgines quæ Vestales dicebantur, quia Vestæ seruibant custodientes ignem perpetuum, qui si forte fuisset extinctus per negligentiam, verberabantur à Pontifice. Item si qua fuit corrupta, defodiebatur viua. Nam circa portam Collinam erat specus clausum, in quo deponerantur. Capiebatur autem id est eligebatur virgo Vestalis intra annum sextum suæ ætatis & decimum, & 30 annis oportebat eam manere virginem postea nubere licebat. Fuit & alia Vesta mater Saturni & Titani.

Vestini vetus Italiae populus iuxta Marfos & Sabinos.

Vesunius mons Campaniæ quatuor milibus passuum à Neapoli, vinetis & oliuetis refertus. Nam ibi nascitur vinum quod Græcum dicitur. Cacumen tamen eius montis est sterile quod quondam ardere solebat.

Veseus est idem mons qui & Vesuuius. Ver. Talem diues arat Capua & vicina veseuo Ora iugo. Est etiam alter Veseus in Liguria ad alpes ex quo Padus fluit.

Vesulus idem mons qui & Vesuuius. quidam tamen aiunt esse montem Liguriæ, vnde Padus oritur, qui & Veseus.

Vicentia vrbs Venetiæ inter Veronam, & Patavium.

Vienna vrbs Metropolis quondam Allobrogum
ad Rhodanum

ad Rhodanum prope Lugdunum in Delphinatu.
Item altera in austria Metropolis.

Virbius dicitur Hippolytus Thesei filius, de quo supra, quasi bis vir, qui nouercali calumnia necatus, beneficio Æscula. vel Dianæ reuocatus fertur ad vitam.

Vlysses Laertis & Anticliæ filius, rex Thraciæ & Dulichij insularum callidissimus & facundus. Hic cum expeditionem in Troiam Græci pararent, ut domi maneret, simulauit se furere. Vide supra Palamedes. Item Achillem muliebri habitu in Scyro latitantem deprehendit, & ad Troiam duxit, & in bello multa prudenter effecit. Item post euerfionem Troiæ cæteris Græcis patriam repetentibus, Vlysses vi tempestatis vexatus adhuc decem annis errauit in mari, & ad diuersa loca venit (ut ait Hom.) qui de ipsius erroribus scripsit opus insigne quod Odyssea inscribitur. Nam Vlysses Græce appellatur Odisseus. Quare Vlysses vel Odysles non Vlyxes scribitur, ut docet Philel. Post longos errores Vlysses naufragus deuenit ad Alcionum regem Phæacum, à quo benigne exceptus & sociis ac naue donatus, tandem redijt in Ithacam patriam suam, & in habitu mendici domum suam ingressus, & à nemine cognitus, à procis Penelopes vxoris suæ multum vexatus est. Quos tandem auxilio Telemachi filij sui & subulcorum, quibus se indicaret, occidit & cæcauit. Postremo Telegonus filius alter venenosa spina Trigonis piscis Vlysses ignarus occidit.

Vmbria regio Italiæ ad Apœn. in quo est vrbs

Spoletum, vnde Umbria nunc appellatur ducatus Spoletanus.

Volaterræ, arum, opp. Tusciæ in monte situm.

Volsci quidam pop. in Latio vel Campania.

Vranie vel Vrania dicitur vna mularum quasi cœlestis, ab vranos, quod est cœlum.

Vranos pater Saturni, alio nomine Cœlus, cui Saturnus filius amputavit virilia, vt supra Venus.

Vibinum vrbs in Umbria, licet quidam in Piceno dicant.

Vrce vrbs Africae.

Vtinum oppidum Aquileiæ.

Vulcanus Iouis & Iunonis filius, qui cum deformis natura esset, nec ei Iuno arisisset, præcipitatus est a Ioue in insulam Lemnum, vbi secundum quosdam nutritus fuit à simijs. Et ex casu illo factus est altero pede claudus. Dicitur esse faber deorum, qui fulmina & dijs arma formavit contra Gigantes, nec tamen admissus est ad mensam deorum Quinetiam Mineruam petens, repulsam passus est. vnde Verg. Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est. Postea Veneris maritus factus, cum vidisset eam adulterari cum Marte, fecit tenuissimas catenas, quibus ipsos colligavit ita, vt separari non possent, donec ab omnibus dijs & deabus visi & derisi essent. Est etiam Vulcanus deus ignis, & sæpe ponitur pro igne. Inde Vulcanius, a, um.

Vulturnus flu. Campaniæ, cui adest opp. Vulturum à fluvio sic appellatum.

Vulsinij oppid. Tusciæ quondam fulmine totum concrematum.

DE LITERA X.

Xanthus flu. apud Troiam, cuius aqua pota facit oues rufas. Nam Xanthus Græce rufum significat. Item Xanthus fuit proprium nomen cuiusdam Troiani. Item nomen equi Hectoris secundum Homerum.

Xanxij pop. Asia, qui ab Harpago præfecto Cyri regis oblessi, uxores & pueros & omnem suppellectilem suam arci imposuerunt, & igne adhibito cremauerunt, ipsi vero in hostes irruentes, vniuersi occisi sunt Herodotus.

Xantippe Socratis vxor morosa & rixosa.

Xenocrates Chalcedonius philosophus Academicus Platonis auditor, ingenio tardus, moribus grauis. Successit in schola Speusippo, quam tenuit 25. annis.

Xenophon Athenien. philosophus & dux insignis, Socratis discipulus, & Platonis æmulus, qui multa elegantissime scripsit, & inter alia Cyri regis præciam, id est disciplinam. Item œconomiam, id est librum de regimine domus.

Xerxes rex Persarum Darij filius vlturus Græcos, qui copias patris sui profligauerant, cum maximo exercitu venit in Græciam. Sed Græci relictis vrribus, nauali prælio regem in angusto loco adorti vicerunt duce Themistocle. Iustinus ait Xerxem in Græcos armasse septingenta millia de regno, & trecenta millia de auxilijs. Item naues decies centum millia numero habuisse dicitur. Victus autem nauali pugna, trepidus vna nauicula refugit in regnum suum, occisus deinde ab Ariabano præfecto.

DE LITERA Z.

Z Abulon fuit vnus 12. filiorum Israël, & ponitur pro illa tribu Iudaorum.

Zacynthos insula in Græco mari contra sinum Corinthiacum. Verg. iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Zancle vrbs Siciliæ, alio nomine Messana non procul à Charybdi, vnde Charybdis Zanclea cognominatur. Fuit & alia vrbs Achaia.

Zeno Eleates, id est de Elea vrbe, philosophus & inuentor Dialectices, teste Aristotele Qui cum vellet patriam suam tyrannide oppressam liberare, deprehensus & captus à Tyranno cum torqueretur vt conscios coniurationis nominaret, linguam sibi met dentibus abscidit, & in os tyranni iniecit. Alij scripserunt, quod autem tyranni mordens abstulit, & ciues increpans ad cadam tyranni induxit. Alter fuit Zeno Citrius vel Cituensis, auditor Cratis Thebani & auctor Stoicæ sectæ. Nam quoniam in porticu docebat, dictus est stoicus, quia stoa græce porticum significat.

Zetus filius Iouis ex Amiopa, frater Amphionis rex Thebarum.

Zethus vel Zethes filius Boreæ, qui cum Calae fratre suo inter Argonautas fuit. Nam Zethus & Calais alati iuuenes & insignes sagittarij fugasse dicuntur Harpyias è regno Phinei vide supra Phineus.

Zeugma vrbs Syriæ ad Euphratem, media quondam inter Romanorum & Parthorum regna. Papius. Et Zeugma latine pacis iter.

Zeus Hieracleotes egregius pictor, qui cum Parthasio.

rhafio de artificio certans, attulit in scenam vuas à se tam artificiose pictas, vt aues aduolarent putantes esse veras vuas. Parrhasius autem attulit velum tam artificiose formatum, vt Zeufis verum hincum esse putaret, & tolli à pictura iuberet, itaque Zeufis aues, Parrhasius Zeufim fefellit.

Zoilus quidam inalignas poëta scripsit contra libros Homeri, vnde dictus est Hemeromastix, id est, Homeri flagellum. Quæ scripta cum recitasset Ptolemæo regi, rex indignatus, nullam ei verbum fecit. Cumq; Zoilus inopia pressus, regem rogaret, vt sibi daret aliquid quo viveret, ait rex: Homerus multos pascit, quare tu, qui illo doctior es, saltem te ipsum pascere. Tandem Zoilus parricidij damnatus, iussu regis cruci affixus est. Hinc omnis, quicumq; doctis viris detrahit, vocatur Zoilus. Ouid. Ingenium magni liuor detrectat Homeri: Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.


Zopyrus nobilis Persa, qui cum Darius rex Persarum Babyloniam diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures & labia amputauit, & ita ad Babylonios quasi transfuga iuit, conquerens de crudelitate sui regis. Receptus igitur à Babylonijs, & dux belli constitutus, urbem Dario tradidit.


Zoroastres primus rex Bactrianorum, qui artes magicas dicitur inuenisse, occisus à Nino regio Assyriorum in prælio. Item Zoroastres eodem quo natus est die, risisse legitur, cum omnes homines risum differant in diem sexagesimum secundum.

F I N I S.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]







27145

ULB Halle


3


007 104 677



VD 17

R





ELVCIDARIUS ²
POETICVS

CONTINENS HISTORIAS
POETICAS, FABULAS, INSU-
las, regiones, vrbes, fluuios, montesq₃
insigniores, atque huius-
modi alia,

OMNIBVS ADOLESCEN-
tibus in Poësi versantibus oppi-
dò quàm necessarius.

Collectore Hermanno Torrentino.



BASILEÆ,
Sumptib. & typis LVDOVICI KÖNIG.

MDCXX.

